

SCINTILLÆ
IGNATIANÆ,
S I V E
ANCTI IGNATII
DE LOYOLA,
OCIETATIS JESU
FUNDATORIS
POPHTEGMATA SACRA;
Per singulos Anni Dies distributa,
ulteriori Considerationi proposita
R. R. P. GABRIELEM HEVENESI
Societatis Jesu.
SEMESTRE PRIMUM.



MEXICI:

Regalis, & Antiq. Divi Ildefonsi
Collegij typis, A. D. 1756.

Ignem veni mittere in
terram, & quid volo, nisi
ut accendatur.

Luca cap. 12. ¶. 49.



DIVO PATER GNATIO.

ANCTISIME PATER, Ma-
ne Ignis! qui Divinæ charitatis
ardore succensus ita vehemen-
ter exarsisti, ut Orbis totus flammis
nutriendis, nimium quam angu-
fuerit; nec ardere contentus ipse,
omnium actionum, & cogitatio-
naru[m] scopum præfixisti, qui
eo,

eo, quo ipse tam sancte flagrabas igne,
tutus quaque patet, orbis inflammaretur. Huc continua per orationem, &
ardentissima suspiria cum Deo com-
municatio, huc plurima, que per Italiam, Galliam, Hispaniam, Terram
sanctam suscepisti, itinera, huc deni-
que cura, vigiliæ, studia, conatus om-
nis, imò omnis in venis motus, anhelitu.
omnis collimabat, ut prodeßes omni-
bus, omnes hausto è cœlis igne succen-
deres, nec effet, qui à calore tuo si
posset abscondere. Quò non pertinge-
bas corpore, ut adeßes ardoris tui effi-
cacia, socios, velut incendiarios toti-
dem zelantissimæ doctrinæ tuae tædi
instructos ita latè ultro citròq; divisi-
ti, ut non superesset in Orbe natio, no-
provincia, imò vix angulus aliquis
quod caloris tui fructus non penetraret
nōnque plurima in salutem Gentium
operaretur. Tunc solum beatus, & bi-
lar.

si quod per Te, pérque Tuos Dei
 a, proximique salus, ac perfectio
 isumeret incrementum. Ut autem
 n in dissitum operareris, quot
 a, tot flamas eructare non con-
 is, nova in distans molitus in-
 ia, ut etiam, cùm non saperesses,
 quasi perpetuus, videres, libros,
 pistolas, id est: totidem ignes mis-
 , ad varios dispersisti, ut, dum
 subirent oculos, uia Dei charitas,
 antioris vitæ desideria pectus o-
 rent. Quòd sanè adeò feliciter ob-
 isti, ut nec Tu videri sine fructu,
 audiri absque emolumento posses;
 Tui, qaos chartæ committebas,
 acteres legerentur, quin luceres in-
 ibus, & arderes, tuisque flammis
 nderes universos. Mei hic me-
 is pudet, MAGNE PATER! si
 Te tamen nomine compellare mihi
 it, qui cùm Ignis filius esse debe-

rem, fumus sum, tuisque degene
caloribus, heu! quam procul à mori
discedo, quem tam ardentibus ad i-
tationem exemplis provocasti, tam
hementibus igneæ legis tuæ flame
tam diu fovisti, tam frigidus tan-
adhuc, & obscurus titio persevero:
hoc est, cur Sacra Tua cœlestis
pientiæ Apophthegmata, id est,
luberrimas doctrinas, ex ardentissi-
tuæ in Deum, & proximum chari-
tis ardore, velut clibano cadentes sc-
tillas, in libellum, velut focum, ci-
gessi, eo nempe consilio, ut semper
manum esset, unde frigori meo exi-
tiendo remedium ponerem, unde ig-
via mea ad æmulandos ignes t-
velut flabro salutari animaretur i-
tidem, veterisque tandem posito
meditatione mea exardesceret ig-
nam mihi necessarius; tam tibi
ceptrus. Quem conatum licet priv-

solum usui destinaverim, fuero
 n, qui publici eum juris esse vo-
 runt, tum ut tui, PATER AR-
 ENTISSIME! caloris fructus pro-
 garetur latius, tum, ut aliis serviē-
 desiderio, tua vota complerentur
 riūs. Quorum monitis obtempe-
 es, Scintillas has ex amplissimo
 toris tui incendio sumptas; per
 nus, & oculos mitto, ut novos inde
 iritus calores participant universi;
 as tamen nisi Tu favere, ac in-
 mmas promovere velis, haerebunt
 fficaces, in steriles resolutæ ci-
 es, vim, ardoremque omnem amit-
 t. Tu proinde, PATER AMAN-
 SSIME! qui non minus nunc in
 is ardes, quam olim in vivis agens,
 Gloriam, ac proximi salutem an-
 isti, Scintillis his, id est, doctrinæ
 ex ore, & calamo tuo desumptis
 itum illud robur adde, ut quod
 tuis

SC(0)83
tuis olim Sociis, idem tuis hodie de
etrinis dictum velis: Ite, & mun
dum accendite universum, D
nempe, & proximi charitate, qui
omnibus quidem, quorum illæ ocul
subiverint, mihi tamen, utpote rei
quis magis indigo, cum primas sup
plico.

Filiorum Tuorum indignissimam

G. H.

I. J.

(1.)

I. JANUARIJ.

omnia ad maiorem Dei gloriam.

Ecce, & his aequivalentia verba trecentis septuaginta sex vicibus repetit in suis Constitutionibus S. P. Ignatius. Suar. to. 4. de Relig. lib. 8. c. 6. n. 1.

To vi anni, & totius vitæ felicitas in eo consistit; ut omnia temporis, & actionum nostrorum momenta ad Dei solius gloriam dirigantur. Hoc Deus jure supremi Dominii igit; hoc nos essentiali servitutis timore debemus.

Qui suam, non Dei, gloriam querit, erit & latro: nam soli Deo gloria, bis autem confusio debetur, & obriuum. Illa debiti nostri, & calcarum, & tessera.

Nemo sibi pejus consulit, eo, qui am Divinæ gloriæ anteponit; hic enim mporalem simul perdit, & æternam: imperi miser; hic, quia verâ; illic, quia nni destituitur.

Quod ipsi, sed nimirum sero, fatebuntur: Totâ nocte laborâtes, nihil cepimus.

Nihilum

(2.)

Nihilum hoc est humana gloria, ut
fœni caput accolit, & brevi conculc-
tur; ut fumus exaltatur, & perit.
gloriam æstimas, veram quære.

II. JANUARIJ.

*Hæc prima sit agendorum regula:
Deo fide, quasi rerum successus om-
nia te, nihil à Deo penderet: ita tan-
nis operam omnem admove, quasi
nihil, Deus omnia solus sit fakturus
Ignat. ap. Nolarchi.*

INfirma spes imbecilli stat pede, q
manibus destituitur. Qui te, ci-
necdum esse, creavit sine te, nunc r
salvabit, nec juvabit te sine te.

Præbe tu scintillam, Deus anima
incendium. Jace semen tem, ille da
incrementum. Sic è voto crescentia,
secùs omnia sterilescunt.

Tu nihil potes, licet velis, sine Deo
Ille nihil vult, cestò possit, sine te. F
deratus Deo poteris omnia.

Gratia Dei, quæ tanta in aliis p
tuit, in te uno non amittet vires, mo-
tu in eum fiduciam non amittas. U
sunt spes tuæ?

III. JAI

III. JANUARIJ.

*etum perdit, & operam, qui aliorum
mores emendaturus non incipit à se
ipso. S. Ignat. ap. Barto. l. 4. §. 36.*

Ræpostera planè res! alios volu-
mus bonos, cùm ipsi non simus; ex
e nostro condemnandi, cùm bona
recipimus, & mala agimus.

Nulla lex satis est efficax, nisi viva,
am legislator gestu promulgat. Effi-
cior quippe vox est operis, quam
is. Illa tot fœderatos habet ad per-
adendum oratores, quot actiones;
ec sola cùm sit, autoritate destitui-
t:

Quis ibi fructus, dum ædificamus si-
mil, & destruimus? Illud verbo, istud
ere. Qui male affectis vult medefi-
ri subsit affectibus. Prius est sibi ca-
sse, quam aliis.

Miseri mortales! domi talpæ, foris
ices. Non videmus, quid à tergo sit
anticæ. Sensum omnem amisimus,
n. sentimus trabem in oculo, dum in
eno festucam scrupulosè scrutamur.
edice, cura te ipsum.

4. JANUARIJ.

Non mutat mores cœli inutatio; nisi imperfectus deserat, vix erat aliquid isthic melior. S. Ignat. ap. I. 4. §. 36.

Nullum vidi, qui melior ex pigrinatione redierit. Multum curiositatis, parum habet utilitatis. Qui male agit, nullam agit bonum fugam; ubi tutum se crediderit, erit se, quod tineat.

Corporis morbos perquam raro, ami nunquam, emendat clima. Intra si malum est, hoc fuge, vel in exili mitte; tuum, & non loci, vitium e quod fatigat. Non hujus, sed tui, natione curari debet.

Iilud appetendum esset iter, quod dæmon sequi, vel passio tua venire possset; quod frustra alibi queres, à vitio ad virtutem iveris. Hæc una malo tuo medicina.

Locus nullum fecit sanctum. N Jerosolymis fuisse, verum Jerosolyma bene vixisse, laudabile est. Certum intelligentis, suique victoriam fugientis assignum est; de loco ad locum per mutationem.

V. JA

(5.)

V. JANUARIJ.

*venum virtuti periculosa negotia
perperam creduntur. S. Ignat. apud
Bart. lib. 4. §. 37.*

Toxitia virtus instar florū est in
arboribus, qui ad primos veris ca-
es se celeres protrudunt, sed fluxi-
cō, ut penē contactu, vel etiam solo
idionis auræ afflatu, exarescant.

Teneri humeri sub gravi pondere
tūlē fatiscunt, & turpi ruinā produnt
consultos conatus. Vigor sanguinis
daces facit, sed audacia, nisi rationis
eno contineatur, abit in temeritatem.
Præcox fervor vires atterit, unde fit,
asinus lassus tandem quærat diverti-
a, qui, si adfuisse moderatio, diu
nas operas præstitisset, sic prima spes
rit in herba.

Inconstantia, & mutabilitas cognata
n est homini malum, sed juventuti
oprium. Si quid hæc amat, desiderat
temperie, sed non diu.

Festina lentē: rara est celeritatis unā,
constantiae prærogativa. Errat faci-
qui nimium properat. Procul itū-
, ita principiō passum temperet, ut
care possit.

(6)

VI. JANUARIJ.

*Rarum aliquod, & eximium facin
sexcentis vulgaribus longissime &
tecellit. S.Ign.apud Bart.l. 4. §. 1*

UT res obviae, quæ ad manum suæ & facile passim occurunt, i sui desiderium, ut obtineantur, nec tentæ solatium, creant: ita opera vulgaria numerum, non pretium, faciunt. In arduo virtus coronam constituit. Eò frustra segnis aspirat, quod nullus est abitetur, nisi, quem insignis rei gerendæ difficultas manu duxerit. Aude aliquis Nihil invium est animo fortis.

Ponderat Deus, non numerat opera; rem, non censum, attendit. Viquid ei offeras? & memento: tuo, supremo rerum omnium, Domino, exquisita, & plandæ insignia esse bere, quæ offerri mereantur.

Nec utilitatem, aut paupertatem tuam causare: locuples est Dei gratus auxilio mira potes, modò a conatus, & fervor non deficiat.

VII. JANUARIJ.

*Unusquisque persuasum habeat: i
tum se in spiritualibus profectur.
quantum ab amore sui, & conu-*

pro.

(7)

propria affectione sese subtraxerit.

S. Ignat. auud Bart. l. 4. §. 22.

Nemo potest duobus Dominis servire, unum ex iis odio habebit, iterum diligit. Cor divisum esse non est. Partem Deus non accipit, si terrena gravent, & inficiant.

Hæc unica torporis nostri causa est, id ita diligamus Deum, ut nosmet-sos non omnino aspernemur, hoc est: tem in utramque claudicamus, & o tam lento, tamque incerto pede eternorum amore in assurgimus.

Ita ovum à sole non attrahitur in lime, nisi vacuum; nec lignum flammæ concipit, quāndiu est madidum; quod minus anima corporalibus ad- et, eo rationis, divinorumque capa- ; & magis sua, est.

Irrationalis, brutusque appetitus, indiu penitus extinctus non est; sem- aduersus rationem, & sanctiores etus insurget & nativo pondere ad retrahit. Resolutione opus est, ex toto in spiritualem convertatur.

VIII. JANUARIJ.

poteſt fieri quid dignum Deo, quin el mundus tumultuetur, vel infer-
nus

*nus turbas cieat. S. Ignat. apu
Nolar.*

Sempre infestæ luci sunt tenebra
nec bonos inter, & malos firm
coalefcit amicitia. Ut vermis fructi
magis maturos, ita malitia eos plerum
que arrodit acerbius, qui meliores.

Certum bonitatis indicium est ma
lis displicuisse; vituperium foret à tal
bus amari, & commendari. Nihil pen
habe, si de te ii loquantur male, qui
nihil faciunt bene.

Nec censeri debet malum, unde me
liores sumus. Cos ista virtutis est. No
parum juvant mali probos, dum perse
quuntur; augent patientiam, meritis
cumulant.

Quid times? nec mundus, nec infes
tus totus quidquam in te possunt! ut
plura sunt obstacula, ibi abundantia
est Dei gratia. Tu contrà audenter
ito. Victoriae occasionem arripe, Trium
phi materia est. Hic fortitudo tua can
pum naeta est, quæ sine hoste in glori
a latuisset. ¶

IX. JANUARIJ.

*Multò ardentiùs insistendum homini iū
teriori domanda, quam corpori, &
fra-*

Frangendis animi motibus, quam ossibus. S. Ignat. apud Bart. l. 4. §. 12. Neruditum vulgus, quod ultra certicem nihil videt, nec medullam attingit, ab externo, qui sub oculos cadit ore metitur sanctitatē: quasi verò func, sub tegete arrogans mēns laetitia non possit. Quid juvat abstinere à nibus, & famam alienam arrogodere? Quod Deo placet, internum est: ex tua, nisi vim ab interno accipiant, um non movent; Illa plus arrogantia habent, ista plus meriti. Cædes am, vel corporis laniena, quid meūr? si passio vivat.

Satis corpori provides, si animo besti consultum. Non ex corpore bonus animus, sed ex bono animo bonus corpus redditur. Plurimum impetus animus potest.

Illud bonum tibi cupio, quod mihi, npe internum. Hoc sanè non vulgaris, non rigor apparens, sed animi rectæ rationis regulam compositi aquillitas facit. Intus bonum habi frustra foris quæritur. Qui soldæ virtutis, plus habent saburræ, in velli.

(10)
X. JANUARIJ.

*Liberalis est Deus, è manibus illius accipio, quæ non invenio in manib
hominum, si nihil bi dederint, acce
turus sum à Deo omnia. S. Ign.
tae l. 4. §. 23.*

Angusta est hominum liberalitas modicum est omne, quod habent, quod ipsum, si largiendo divisint, minus remanevit. Unicus Dei thaurus inexhaustus est plurima dand nihil imminuitur. Huc ergo spes.

Spes nostras Deus vincit beneficij. Solemus sperare plus, quam possidemus, optare vero amplius, quam sperremus. Tot autem nobis beneficia per illicetur Deus, ut nemo minus spera possit, quam optare.

Tot syngraphas Divinæ liberalitati quot spes, quot vota, habemus; qui quid petitis, credite, quia accipietis. Vide, quam facilè sit divitem fieri.

Nec minus dat, quam promiser. Verba enim amantis, opera sunt: lingua beneficentiae, manus. Facilius liberali est dare, quam negare. Cur paçpetimus?

(xi)
XI. JANUARIJ.

*Oprium Divinæ bonitati est ea soler-
tius defendere, quæ à diabolo acerius
oppugnantur. S. Ignat. in Hist. Soc.
P. I. l. 9.*

Eus totus oculus est, in nostra
commoda semper vigil. Et sicut
x magni exercitūs, eō suppetias inī-
ubi validior instat inimicus.
Felix pugna, ubi de succursu dubita-
tion licet; quam nec nervi, nec an-
te, nec ullus mediorum defectus
ratur. Quid diffidat, qui, Omnipo-
tem habet fœderatum?

Causam Deus suam non destituet.
Ios ab orco premimur, illa à nobis
ctitur; ideo tam prona in nostri de-
fionem mittit subsidia, modò nos-
iti non negligamus.

Portis, & mille fraudum artifex
tis est, qui te oppuguat, cave solus
eo congregdi. Si tibi fidis? jam vic-
es. Si Deum in suppetias voces,
ies ejus artes securus ridebis.

XII. JANUARIJ.

*charitati, & humanitati comes
et veritas, jam nec charitas, nec*

Huma-

*Humanitas fuerit, sed fraus, & var
tas.* S. Ign. apud Bart. l. 4. fol. 38

HOstis apertus minùs nocet, quà
fictus amicus; illum mediocri
ligenzia facilè quis cavèbit, hunc nū
satis. Qui suavi quadam eloquentia
dis tui intima subiit, quām certa, ta
grandia tibi vulnera infligere potest.

Oculata debet esse conversatio, s
magis amicitia. Diu delite, priusqua
dilgas. Sæpe sub læto gramine serpe
latet. Fide, sed cui? vide.

Nemo sæpius decipitur, quām
verbis credit. Sæpe cor felle pleni
mellea verba eructat. Scypho nem
aureo venenum propinari potest,
avidius hauriatur. Sic dulci fistula v
iucrem auceps decipit.

Nullus Deo sincerior est amic
Verba vitae, & veritatis æternæ hab
Huic soli te, tua, tutè confides.

XIII. JANUARIJ.

*Quantò arctius se quis Deo astrinxer
& liberaliorem erga summam Maj
tatem præstiterit, tantò eum in se li
raliorem experietur.* S.I. C.p. 3. n

NON perit, quod Deo datur;
liberalius terra vapores ad cœl
mit

tat; tanto uberiōres inde imbr̄es ret, quibus fœcundetur: imò, si terra a centesimo fructu reddit semen, quam accepit, nunquid aut steri, ant illiberalior erit creator futurā?

liberalitas hæc quæstuosissima est, plus largiris, tanto plus habes: Sic perdere, lucrum est. Servare avare est sordidissima.

Accipit Deus modica, reddit pluri pro momentaneis æterna, pro pers semper duratura, divina pro crea refundit. Se dat pro te. Hic sanus omnem explere cupiditatem potest.

Quid adhuc moramur nos, & nos Deo dare?

Iud attende: parte contentus non totum, quod habes, imò quod es, it Deus. Da; tua non das; qui demnia, repetit omnia. Cur ex alienales simus?

XIV. JANUARIJ.

Religiosi nomen implere se credat, integrè non solum à sc. aulo liber fues sed etiam à se ipso. S. Ignat. vitæ §. 38.

O Magnum Religiosi nomen! gratia dis prærogativa! cui tot privilegia principes, tot præmia Deus per paravit! sed ut nomen hoc impleat multa, eaque minime vulgaria exigit.

Ingens Religiosorum est copia, numerentur, fortè non ita grandis, ponderentur. Si testimonium, & fiducia faciat, innumeri, si sola faciat decet, vocem inveniant, utinam personam!

Magnum quidem est, & suà laudignum; Christi amore res, & spes glorioso pede conculcasse: verum nisi ipsum cum omnibus concupiscere fuis reliquerit; mundum in Religionem quærerit.

Quid juvat Christum sequi, si i detur consequi; Qui vult venire possum, abneget semetipsum. Omnia esse vacuum te vult Deus, si vel modico terris, actum est. Partem in utramque claudabis, veste religiosus, mente secularis.

XV. JANUARIJ.

O mi Deus! si te nōffent homines!

S. Ignat. vitæ l. 4. c. 28.

O Minus homo naturaliter scire derat; hinc tanta in multis studiis

aviditas, ut præ rerum cogitatione
s contempserint, & honores. Sed
ana mortalium studia, ut quid dili-
vanitatem, & quæritis menda-
n! Sapientia hujus mundi stultitia
ipud Deum, si ea non ad unius Dei
nitionem dirigatur.

rufra fatigamur, ætatem terimus,
itum discimus, tantum, & amplius
ramus; tenebras, non lucem, adep-
donec in Dei cognitione, &, qui
sequitur, amore verè, solidèque
i esse conemur.

ec ingenti hic acumine, nec subti-
agistro, nec grandi opus est Biblio-
a; sine verborum strepitu, in humi-
entio, & solitudine cordis, hæc Dei
itio discitur; abscondit hanc à sa-
ibus Deus, ac revelat parvulis.
uid beatos in cœlo facit, nisi Dei
itio? vide quām facile beati esse
mus? disce modum. Beati mundo-
e, quoniam ipsi Deum videbunt.

XVI. JANUARIJ.

tatis, & inanis glorie viciū ex-
rorantia, & cœcosui amore, nasci-
r. S. Ignat. vita l. 4. c. 4.

Comē

Commune mundi malum, ambi
à primis parentibus, divinita
ambientibus, ad nos usque tradū
hæc, si assentatoris alicujus elogio, vi
brachiò fulciatur, quām altè, De
bonum! assurgit.

Sui æstimatio credula facilè est,
tantum quæ sunt, sed &, quæ non si
credit, modò in sui commendatio
dicta sint.

In felices vanitatis aucupes! dic
haberi avert, quod non sunt. An
nempe decipi, & in erroribus exult
Quanta hæc cæcitas! à fumo glo
causata.

Profundiùs te inspice, quis sis? q
ut scias, Deum cogita; tantum si qui
decrescet ambitio, quantum in te
verit Dei cognitio. O Domine, ne
rim me, & noverim te!

XVII. JANUARIJ.

*Relinquere Deum propter Deum, n
um lucri spiritualis compendium
nullum dispendum.* S. Ignat. &
Bart. I. 4. §. 37.

Ad propria commoda, lucra e
spiritualia, cæcus esse debet v
amor; irrevertò hic oculò amati

itum respicit; alias nos, non Deum, rejmus; non donaremus, sed comaremus; mercenarii, non filii.

olatia etiam spiritualia, si nostra, suspecta sint. Tantò plús opus iud securitatis, quantò minús prævoluntatis habet. Hanc, etiam sancti, si deseras propter Deum, sanctio implebis.

Non sola nos oratio Dœo conjungit, illud semper optimum, quod maximus. Illud sanctissimum, quod voluntatis Dei magis vicinum.

i pro domo, ex Dei amore, deserit, centuplum, & ibi vitam æternam pollicetur Deus, quid ei daturus qui Deum deserit propter Deum? plura dat, plura recipiet.

XVIII. JANUARIJ.

quem virtutis gradum piger per multis annos non potest pervenire, eò modicà temporis intercapidine diligens irabiliter volat. S. Ignat. in epist. e perfecto.

JNA dies ferventium plús facit, quam tepidorum longissima ætas, una hora bene acta etiam immor-

talitati otiosorum præferenda. Fūt
vivit, qui bene non vivit.

Desidia in spiritu est mors superst
vigil sopor; nam vacua est vita, qu
non implet cura bene vivendi. Tal
cūm dormierint somnum suum, ni
inveniunt in manibus suis.

Sacra res tempus est, tantūm val
quantūm æternitas: hanc ut beatam c
tineat, agendum est, ne sine fructu vi
sine bonorum operum fervore di
elabatur.

Ab arbore fructus, ab agro segete
expectas, cur fructum tui contemn
Esto tui usufructuarius; tu tuimet pi
tiosus fundus es, ferox prædium,
qui desideras à tuis fructus, priùs à
ipso exige.

XIX. JANUARIJ.

*Intolerabilis tum mibi vita foret, si qu
in anima mea humanum, & non o
ni ex parte divinum latere, compre
rem. S. Ignat. vitæ l. 4. §. 5.*

Bonum ex integra causa, malum
quovis defectu. Felix non eris, r
aut omnia contempseris, aut omni
habueris. Delicata felicitas est: mi
es, si aliquid desit. Nulla hoc arte
cil

is obtinebis, quām Deum solūm
indo.

Qui semel gustavit, quid sit DEUS,
lē fastidit alia omnia, torrente illo
uptatīs satur, naufragat super cibo om-
evissimo, quod creatum est.

Ceu plumula, vel unā guttulā gra-
assurgere non potest, & licet im-
i in sublimē attollatur, nativō tamen
dere in terram relabetur; Sic anima,
modicō affectu terreno affixa, ad
um volare nequit.

Totus, quantus es, Dei, & à Deo es.
on totum reddis Deo, injurius es;
idi non potest amor tuus, totus
debitus, & si totum des, in mul-
lebitor manes! Quid si partem aliò
vares?

XX. JANUARIJ.

*i tantūm Dei habenda est ratio, sed
tiam hominum, propter Deum. S.
gnat. vitæ l. 3. n. 27.*

UI sic amavit hominem Deus, ut
se pro ejus amore immolaret, sic
vult se amari ab homine, ut ho-
non negligatur. Nihil amori divi-
detrahit, qui proximum propter
m diligit.

(20)

Nemo tam vilis est, qui non, quā
amari, & aestimari possit, habeat, &
hæc deficerent, quia res Dei, pretiū
sanguinis Christi, & imago divinitatis
est, amor ei sine scelere negari nō
potest.

Si tuos, & nullius præterea, mar-
attendas, erit sanè, ut omnes te meli-
res credas, & uberem odii tui; & am-
oris proximi causam nanciscaris.

Non hominum malitia facit, ut nūs
proximum amemus: nostra passio
& antipathia est. Hanc variò colore v-
stimus, quia nostra nos dedecora
nifestare pudet.

XXI. JANUARIJ.

Si fieri posset, ut amans Deum absq-
sua culpa damnaretur, facilius pœn-
omnes inferni toleiaret, quām bi-
sp̄hemias, quibus damnati Deum ex-
crantur, audiret. S. Ignat. apud Ba-
1. 2. §. 27.

POENA sensus mala est, utpote quā
decernit Deus, imo bona; quia pe-
cati pœna, divinæ justitiæ instrumentum
est: blasphemiam autem non potest nō
odiisse Deus, & qui Dei amator est h-
mo.

Ama

Amato injuriā irrogari, vulnus
mīti tantō est magis intolerabili,
tūc vehementius amat, cūm anēct
nō tueri possit; nec vindicare, obis
elix: & in se patitur, & in amato.
Qui se, ut debet, odit, illi patitur
non est: dum enīs plēctique mī-
tūs, qui libētis cogit forat? astiūtū
līgi, quēm anīat, est pati sine reūtū
nnōcentem pati videro, difficili
difficiliūs bēnefactorem, & quid
t, nisi difficillimūm, audite Deum,
st, omniē bōnum, bonum infinitūm,
mītūsum pati?

XXII. JANUARIJ.

bomo quandoque patitur a diabolo,
ut de mentis exīsse potestatē videre-
ur: inde fit interdūm naturae adscrib-
it, morbo non nūnquam, quod tenta-
ioni effet adscribendūm. S. Ignat: in
eg. de discret. spir.

Utilior dāmon est, quam ut artes
ejus ab obviis nosci possint. Prin-
tenebrarūm cūm sit, ut securiūs la-
, in abditō eudit technas; altiori
opus lūmine, quam humano.

Ut

Ut arcem oppugnaturus exter
prius opera demolitur; sic strategus i
fernalis, dum animam querit, corp
agreditur. Time cuniculos; nimia
curitas maximum hic periculum est.

Corpus impedit, ut animæ noce
maniam simulat, ut bonorum oper
interruptionem impetrat. Ita solers
damna nostra, ut, si maxima neque
aliqua tamen inferre gaudeat. O si n
in lucra spiritus tam avidi viveremus

Permitit animæ hosti hanc potest
tem Deus, vel ut humilitati nostræ co
fusat, vel ut suum in nos dominii
exerceat; ita dum dæmon tyranni
agit; Deus manet Pater.

XXIII. JANUARIJ.

*Plus plerumque latet periculi in mi
mis peccatis contemnendis, quam
maximis. S. Ignat. apud Ribaden*

5. c. 7.

Nihil parvum est, seu bona, i
mala attendas, cùm utraque s
æterna. Semper quippe verum maneb
hoc bene, aut perperam factum fuit
ita nihil non ad æternitatem facit,
licet, vel infelicem.

Qui vitia teinnit, eō, quōd mōdica
quid viatorem tenuis etiam scrū-
us morari possit, expertus non est.
nue filum sat est, ne quod vellet,
ibus se avis inferat.

Mala grandia facilē patent, & vel ipsā
le suā terrent, ut quæratur malo me-
ina: minuta latent, & contempta
scunt, donec evadant incurabilia.

Non quid, sed cui agāmus? atten-
dum. Magnus est Deus, nihil est
vum, tanto displicuisse. Nulla est
tam pusilla bene, vel male facta,
e non excedat gravissima Recipublī-
imō Orbī universi vēl condendi,
evertendi negotia. Vide, quām
gnus error, parva neglexisse.

XXIV. JANUARIJ.

*bil diu præponderat veritati; oppu-
zari quidem potest, expugnari non
potest. S. Ignat. ap. Nolarci.*

) Ptimus colorum candor est. Fraus
& dolus nulli patrocinatur, &
e solis radiis decoctā sordium acer-
, qui diu latuerat, apparet; sic a vē-
te, pulsis fraudibus, doli detegun-

Ut sol nebulis tectus latet quidem ast has tandem decoquit, & puriori luc serenior aspicitur: ita pressa licet alii quamdiu abscondatur veritas, erumpit tandem.

Optima Politica sinceritas est. Albus mens nunquam erubescit, ubi vice versa in ruborem cogitur deprehensa falsitas. Nihil fædius, fraude detecta.

Versipellisse prius fallit, quam alios dum enim alteri parat foveam, ips prior in eam incidit. Justa pœna Talionis est, ut iisdem machinis obruatu iniquitas, quas aliis evertendis destinavit. Qui ambulat simpliciter, ambula confidenter.

XXV. JANUARIJ.

Diabolus, cum adoristi quempiam, exagitareque infesiūs cupit, nocturnū tempū maximē observat. S.: Ignatius in Exercit.

Illud vigiliam inter, & somnūm quasi crepusculum, ut dubiæ lucis, it dubiæ voluntatis tempus, opus habecustodiā, ibi velut ex insidiis aggreditur hostis ē somno excitatum, ut ei improviso sigat aculeum.

Miser diabolus! aperto marte con
grede

(22)

di. veritus, latebras quærit; ut fūr,
etem observat. Quid ages? solā con-
hunc furem opus est vigilantiā, fu-
, si se sciat obſervari.

Diei primitias occupat: ut enim
nidium facti, qui bene cœpit, habet;
à malo, quod absit, diei principio,
re melior exitus posset exspectari.
ma debentur Primo.

Quám sollicitus in nostri ruinam est
non? dies illi non sufficit, noctes
lit, präoccupat vigilias. Væ segni,
in aurem utramque sine sui cura,
e superum præsidiis, dormienti!

XXVI. JANUARIJ.

*fineri à litibus non solum liberale
st, & Christiana pace dignum, sed
& fructuosum. S. Ignat. vitæ l. 4.*

§. 7.

Il quam rerum temporalium jactu-
ram virtutis amore feceris, solet
n Dominus abundē compensare.
elior est pugillus in pace, quam the-
ri cum jurgio. Quid juvat augere
isum, & imminuere charitatem.

Difficile est litein movere, nec vio-
e charitatein. Ut aliena ametur ini-
tas, non præcipio; solum dico: nun-
quam

quam ita odio habendam esse injuria
ut illum, qui fecit, odiisse liceat. Ca
ne indignaturus factis, simul, & homi
indigneris.

Minima charitatis jactura pejor
quavis temporali; hæc enim præter
illa manet: pro qua vitanda totius etiæ
mundi amissio toleranda foret.

Punctum est, pro quo tantope
certamus. Si lucra petimus, æter
quæramus. Quid litigamus pro re, c
opinio nostra pretium fingit meliū
quam facit.

XXVII. JANUARIJ.

*Periculi plenum est, unâ omnes videre
ad profectum; pejus alios ex
metiri. S. Ignat. in vita.*

Quot homines, tot sententiæ, t
diversi vultus, tam variæ voc
ita, ut prodigium sit, unum
his cum alio convenire; major in animi
rebusque hanc spectantibus diversitas:
Non sinunt se ad unam omnes mod
lam cogi.

Si suus pedi cuiilibet aptatur calceu
nec unum cuique patellæ servit ope
culum; qui fieri possit, ut unâ singu
animarum morbi curentur medicir

non esset sanare, sed perdere.
rs artium est regimen animarum,
ræstuosissima omnium, ita longè
illima. Ut corpus, ita & animam
cuiilibet medico fidas. Quæras op-
m.

um Spiritus Sanctus animarum
ister venit, in varias se partitus est
as, & variis linguis loquebantur
stoli. Omnibus nempe omnia fieri
t, qui audire vult Apostolus.

XXVIII. JANUARIJ.
*æ à Deo creata sunt bona omnia
una, & in altera lance carcer,
tenæ, probra locarentur; illa præ
is momentum habere deberent nul-
n. S. Ignat. apud Ribaden. l. 5.*

10.

Ona, quæ mundus ita nominat,
mala potius sunt, quam bona, quia
animæ detrimenta, peccatorum
a, perfectionis impedimenta, Di-
amoris obices. Et hæc tu bona
is? credas optabilia?

: licet mala non essent, bona non
t, nec amorem mererentur. Quid
sunt? si originem inspicis? nihilum:
uram examinas? fluxa: si duratio-
nem

nem attendas? brevia. Et hæc tam sti
tè deperimus!

Quæ mala mundus judicat, optin
sunt: à peritüris mentem abstrahunt
cogunt ad Deum; peccati occasione
adimunt. Cùm enim tædet vivere, q
peccare delectet?

Cùm bona fortunæ largitur Dei
dona miserit, an pœnas? jure ambiga
ast cùm premit adversis; nullum ce
tius divini amoris argumentum.

XXIX. JANUARIJ.

*Perpetuæ felicitati non fidendum: tu
que metuendum maximè, cum ad n
tum fluunt omnia. S. Ignat. in hi
Soc. l. 14. n. 9.*

UT mare, dum maximè placidu
riter, tempestates coquit; & nu
quam certius periclitantur arces, quæ
dum pacatis foris omnibus hostis c
niculos agit: ita planè periculi plenū
est animæ non timere.

Non sunt tantæ amicæ fortis viri
ut copulet tranquillitatem cum perp
tuitate, eò brevior esse solet, quò grā
dior. Quies hæc lassitudini potius, qui
fidei tribuenda; fugiet; avolabit. Vi
quantum ei fidere possis.

uidquid amitti potest, in censum
orum referri non meretur. Si quis
bili fundamento spes suas inædi-
non diu stabunt. Vir fortunæ om-
ontemotor, se contentus solo, ad
tatem Dei accedit proxime, quia
que sufficit sibi, uterque sine alienis

uidquid felicitatis habes, intra te
in dō ipse es; nulli tibi thesauri sunt,
arcæ turgeant auro, omnia bona
in circumfere, tam felix, tam di-
quām bonus.

XXX. JANUARIJ.

*is in causis silere, quam loqui præ-
rit; nec vindice opus est stylo, ubi
i ipsius vindex est veritas. S. Ignat.
hist. Sec. I. 15. n. 44.*

Ullum certius vindictæ genus est,
quam tacere ad calumpiam, nec
ut agnoscere maledicuum ex quo
icta sumatur. Verbum fuit, non
en: non est, quod commovearis.
hostis arma hebetes, pariter vin-
c si eadem fregisses. Utere pruden-
tio, clypeus erit, rejiciet ictum,
ulneret. Tutijs est clypeo, quam
o vincere.

Dolebit, quia contemni se cre
convitians, si ad calumnias nihil rei
sueris; Tace, ictum, quasi non senseris
dissimula. Sic æmulus expectatione
lufus, gravius sentiet, & dolore in, qu
alteri intentavit, ipse feret, bis mis
in se afflito, ac in altero non afflito.

Tum magnum probabis animatum
his verbis major fuerit, nec ad quo
bet invidi motus commoveatur. I
niarum coaxatio lunæ splendori n
detrahit, nec tibi oberrunt calumn
si eas nos tam verbis, quam factis
tuas.

XXXI. JANUARIJ.

*Si quid rogeris, quod noxium crea
illud cura: ut & quod postuletur
ges. & eum, qui postulat, amic
serves. S Ignat. apud Nolarei.*

COncedere, quod nocere potes
nocentissimum inimicitiae gen
non beneficium est. Mater est, quae c
trum subtrahit, ne filius vulneret
tum amst efficacius, dum negat nocit
Nescimus, quid petamus. Si quid
gandum est, ita fiat, ut benevoler
suppleat rem petitam, sic enim fiet,
petens plus accipiat, quam roga ve
tel

le inferioris carentiam melioris
atu non sentiat.

et munus datum cum malevolentia,
um amittit; sic negatio cu suavitate
ssam non sentit. Hoc est amara
nes benevolentia condire.

repulsam, & contumaciam pati
ex vulnus est, quod simul ægre
potest. Ut gratiora sunt amantis
era, quam fastidiosi oscula; ita be
la negatio morosis præponderat
ficiis.

I. FEBRUARIJ.

r valentium conatus tutò remittat,
uitate animi, & patientia compen
re contentus, laborans corpusculum
n frangat. S. Ignat. ap. Nol.

gentia sunt ærorum desideria,
ngentia designant opera, si morbus
fallimur nempe: zelum pütamus,
insuasitas est; enim verò non tam
care, quam morbi molestias effugei
upimus.

uid Indias designas? lectus tibi
& campus est uberrimæ missis.
zyria sitire: necesse non est, habes
ianum carnifices morbos, habes in
cercere. Si scias ubi, omnium
tibi

tibi meritorum campum ægritudo pedit.

Si tuis Deus laboribus egeret, viis pares non negaret, patientiam per non victimam: non corporis fudor sed animi æquitatem expectat.

Grandia illa, quæ opreas, opera pertusæ volūtatis, Divini beneplaciti mihi habent. Quanto Dei voluntas tuis, sideriis sanctior, tanto, & morbus æpræ Apostolatu utilior est.

II. FEBRUARIJ.

Quis aliis utilis esse cupit, sibi prius vacare debet: ardeat prior de charitate, qui amat alios inflammatur.

S. Ignat. ibid.

NON efficacius præcipitur pietati quam agendo; nulla siquidem melior legum glossa, quam exemplum Omnes, qui ea viderint, imbuenter nec ullo egebunt commentario. Videlicet didicisse est.

In arena prius se exerceat miles, certum cupit iuctuam intentare; male dicitur inter pericula, & nimia sui fiducia sero nimis damnatur.

Animum pericula, & plura, & gravia sunt corporeis. Alios salvaturus se perdere

ut, præsidiis egeri validioribus. Inter
s non fieri malum, nec trahere à
ifestis contagionem, artis est viet
e, nec vulgaris. *Ugo Zolegh* 12.
rdinata, si vera, est charitas sua
, quam aliorum nera respicit, nec
a präse cupit esse sanctorem, nam
no dat, quod non habet, quis spiritu
us hoc aliis replebit? //

VII. FEBRUARIJ. 4. *U*nus in domibus suda semper,
muta dominatur tranquillitas, ibi
ultum sit, nisi vitia uidulentur. S.
mat. apud Bart. l. 2. § 36.

Huius infelicius constanti felicitate.
Ut terra nullo concisa vomere,
igonibus agitata nihil nisi solia, sic
a prosperitas vitia nutrit. Continua
que prosperitas emollit animum,
itis studium labefactat.
lures deliciis, quam adversis, abuji-
ia, quam fame, blandienti fortuna,
adversa perierat. *Aerumnis* alitur
itas. Nemo censendus est miser,
miseria suâ contentas vivit.

uid si prospero quem constanter
riris, rerum successu hic merita
olvat cœlum, ne sit, quod accipias

in futuro? Hæc sane, si nulla infesta est maxima æternæ felicitatis privari.

Si duplex cœlum sperare præsumtus est quis hic appetat rosas canari, si spinas in æternitate timere beat? Hic ure, hic seca. Qui nihil patitur, patietur.

IV. FEBRUARIJ. d. ann.
Maledicē posuit in precum assidui studium, quod in domandis affectū collocandum erat. Si Ignatius vita
§. 12.

Affectibus vis, & vigor tollens est, ne nocere possint. Ut satis est tondere senticeta, nisi eradicatur; non observata germinabunt: ita vi nisi valida virtutis manu stirpitus èstantur, semper creabunt periculum.

Nec partem secare cupiditatis fatis: omnino extingienda. Ut vulnerata ferocior sit, sic intèr mœtila cupiditas violentius trahit. Ita si modicò solùm rore impetratur, vementiores in flamas assurgit. Boni ex integrâ causa.

Nec unō donitō affectu pacem ditare, vivunt alii, qui te male perd-

dū interest unum, alterūmve ceci-
i, cūm plures supersint. Uuus sat est
erīæ. Nihil securitatis est pauciores
r̄ hostes versari. Unus sufficit, ut
aris.

Irare, ut longē facilius est, quām se
ugnare; ita hoc p̄ illo laudabilius.
Inquit nemo vir erit magnæ orā-
is, nisi pars fuerit mortificationis.

V. FEBRUARIJ. *ad uocem*
It, vel nocte una sub eodem tecto cum
Vol commorari; *cujus anima gravi*
peccato noxiā noveris. S. Ign. vitæ
q. m. 35.

Uō momentō anima peccato con-
fessit, elongatur ad Deo, majus-
què Deum inter, & peccatorem,

m̄ cœlum, & terram intercedit in-
tellum. Quem ita odit, ita fugit
as, quī tu l'amare, & cum eo nagerē
sis?

Quād vēhementior Dēi amor pe-
ccato occupat, tantō acerbior odiſſe de-
ſejus in honorem, imō parrici-
i. Amicus Dēi, hujus inimicorum
eſſe non pōteſt. Qui peccatorem
odit, Deum non amat.

Erā hūi ex conversatione mores,

& mali etiam nolentibus vicia sua a-
cant.

Longè proniūs est, ut à malo ibi
quām à bono mālus sua in consilia
mores inducatur.

Ut cum pēsti afflato nemo prae-
habitaverit, sic amicitia, & mora ou-
dissolvenda est cū eo, qui per pec-
tum factus est Deo, Angelis, bonis
omnibus abominatione.

VI. FEBRUARIJ.

Curas in mensim, vel annum immix-
temmittis? beu mel unde tibi tam
turnæ vite fiducia? S. Ignat. vit
4. §. 30.

QUotidiana sunt humanae cadi-
tatis testimonia, & super
fragili fundamento improvidi
scio quas machinas machinamur! ne
sibi tutè crastinum polliceri cū p-
sit, ita vivendum, tanquam hodie r-
rituris.

Nihil in salutis negotio differendi
avolat vita, cum qua clausa est ja-
merendi: vela contrahe, hodie vi-
crastina quid ferat dies, incertus, ni
salutem tuam operare: sicut aperte
Quæ citò fiunt, duplicem. haud
habe

nt, & gesti operis, & celeritatis; mque amittunt dilata. Nulla in re ni nomen obtinebit, nisi cum Ale- lro statuat: nihil differre in crastinū, dñodie dari possit executioni. Iec flos magis caducus, nec vitrum illius est, quam sit spes longioris: illum flatus decutit, istud ictus minuit, sed hanc mille die uno ca- idimere possunt.

VII. FEBRUARIJ.

qui impugnatur, semper habet, quo sustentetur. S. Ign. ap. Ribad.

5. c. 10. *Quia belligerantium cura est, habe- re fœderatos. Væ soli! cùm ceci- t, non habet sublevantem; tuø sihi, aut virilis fidere, certum au- ñ argumentum, sed & ruinæ ini- a est, quod tot tristes casus osten- t.*

Quod validior, & astutior hostis, cum congre diendum, tanto decet viribus minis fidere; accersendæ suppetiæ. Hostis noster dæmon & fortissimus, quis solus cum folo gredi præfumatur? Candor ille animi se, & suadejectioni alienæ

aliانæ submittentis novum & Cæle
bur accessit, quo munitus præsidio
hostis fraudes non timebit.

Odit lucem Princeps tenebris
fugit, dum sua propalari videt con
& ut cuniculi, sic omnes ejus tec
vim amittunt, si pateant.

VIII. FEBRUARII.

*Si vis scire, quid à te velit Deus, a
te primū affectu, & in alterā
partem propensione exuas, neceſſe
S. Ignat. in Exercit. Hebdom. 2*

IN sibilo auræ tenuis loqui Deus
suevit, non auditur in tumultu
ubi pugnat passio, aut partem in u
impellit natura, non percipitur Ioci
Dei.

Invitat Deus animam ad solitudinem
dum ei vault ad cor loquitur. Solitudo i
nec loci, nec corporis, sed affectus
Tum auditur vox dilecti, ubi solus e
sola conversatur.

Qui deliberat Deum solum attendit
Huc concilia sua inædificet, reliqua o
nia caduca sunt: delectant, sed ad te
pus; prosunt, sed non perpetuū.

Omnis electio cauta esse debet, i
wend cautissima, ex qua pendet æter

Nec affectus hic, nec sanguis, &
nec sensus locum habere debet.
s est superno lumine, & prona in
luntate.

IX. FEBRUARIJ.

quam agas vel loquaris, nisi prius,
id placeat Deo, profut tibi, ædifi-
catione futurum sit proximo, co-
taveris. S. Ignat. ap. Lyr.

IT humanae, ita & divinae pruden-
tiae amissis lingua est. Hac, qui
ni novit, ne ille in utriusque magister
Nulla hac artium difficilior. Qui
ngua non offendit, hic perfectus
ir.

Ex nulla sine regula discitur: illa
arte bene loquendi securissima; si
verbū revocetur ad limam, prius-
n semel erumpat ad linguam; scili-
re Deo, ne sibi, ne proximo noceat.
Si in usu esset omnibus, multò
lis, sed melius loqueremur.

Mira res! tacere facilius est, quam
i. Raro tacuisse nocet, nocet fre-
ntissime esse locutum. Et tamen
cissimi, qui tacere sciant: nempe
ra semper inclinat ad pejus.
rævidere quid tibi, quid proximo,
quid

quid honori divino expediat, homo
distinguit à bruto: idco nobis mer-
yatio indita, ut hæc morum & illi
magistra facem præferat, ne abea-
in devia.

X. FEBRUARIJ.

Grandia in Dei obsequio præstare
desiderat, ante omnia caveat, n-
mum sapiat. S. Ignat. in vita.
§. 22.

ANimi demissio, ut proprij, si
alicui in virtute profectus
damentum est, sine quo quidquid:
ficatur, ruinæ præparatur.

Altissima rerum omnium virtus
alta: libentiū amplectitur medi-
amat modum. Deus altissimus qui
est, ad eum tamen, nisi per hun-
non pervenitur.

Nec enim bonum in magno, se
bono magnum collocandum. Aësti
illum plus Deus, qui se minus; il-
favore suo replet, quem sui aestima-
ne plus exinanitum repetit.

Cum humilibus ut sermocinat
ita coopetario ejus. Depressione
stri exaltatur Deus, qui gloriam si
alteri non dat, in hoc glorificatur i-

si nos ejus amore maximè depri-
m.

XI. FEBRUARII.

*entia non parentis esse debet, sen-
terantis.* S. Ignat.

Ulla major est prudentia, quam
quæ extra erroris periculum ho-
n constituit, ultra hanc nec facul-
magna ire, nec desideria possunt
ere, quam sine difficultate discit,
redit.

Illa scientia tantam habet infalli-
em, quantam præstat obedientia:
pliis primis prius, & clarius est:
endum esse.

manæ rationes postponendæ sunt.
Si locus illis detur, & via semel
tioni pandatur, vis omnis & vi-
edientiae interibit.

dentia carnis est, quæ cuniculos
edientiae subvertendæ, mille sup-
illa rationes, ut vel unum à
odis suis alienum opus subter-

XII. FEBRUARIJ.

o rite ordinata senes juventutem,
nus vivere debent senectutem, ut
hinc juvenum alacritas, ex his

(42)

*senum maturitas exigatur. S. Ign
vitæ l. 3. §. 13.*

Senex ut venerationem jure pos-
sunt juvēne, sic huic multūm deb-
vitæ uempe probioris exempla;
quem præcedit annis, non sequatur p-
tate. Senectus est norma gregis, spe-
lum morum.

Gravius peccat senex, quam juvē-
hujus culpam vel ignorantia excui-
vel naturæ ardor imminuit. Senem
cūsant omnia; actas, experientia, moi-
propinquitas, exempli ratio.

Vix unquam soli peccant senes, t-
hunc in sequelam juvenes; quis eten-
culpare possit in juvēne, quod tole-
tur in sene? Quod in conimunitate
nes, tot morum sunt magistri; va-
facta, præcepta, sunt exempla.

Multum à sene discit juvēnis, si me-
curium solidare, id est, mores frange-
coercere impetus, & levitatem mat-
ritate didicerit temperare.

XIII. FEBRUARIJ.

*Plus exquisita Prudentia cum medioc-
sanctitate, quam cum minori prude-
tia major sanctitas. S. Ignat. vita
5. c. 10.*

Tan

Ante minus ignorandum, quanto
amplius est, quod curandum af-
fisti: melius regit sagacitas, quam
fas, plūsque industria efficit, quam
potuissent; ut bene imperes aliis,
imperet tibi.

Ialē tamen prudentia dicitur, quæ
ia est, hæc corrūpit, non promovet
rīum; fraudes detectæ contemp-
referunt, quæ subjectionem vena-
ar.

firmum regiminis fulcrum est si-
tio, minima prudentiæ; quem de-
ritate suspectum habet subditus,
sus occurrere armis avet, tutaque
ia suspecta credit. Dissimulandum
, simulandum nunquam.

emō prudens, nisi bonus; sola illa
em habet prudentia, quæ ad æternæ
itiæ leges disponit omnia. Hu-
manitatiæ consilia sunt caduca. Quis
nitatur arundini?

XIV. FEBRUARIJ.

*e Domini operarii altero tantum
de terræ insistere, altero ad iter
gendum sublevato esse debent. S.
uat. in Epist. Gosw. Nikl.*

Differe nolentis est. Moro
obediens parum distat à co-
maci, contrà, ut qui citò dat, bis-
ita qui citò paret, duplice se obedie-
præmio dignum facit.

Quid non mora sepius obfuit?
quenter salus à momento pendet.
damna sunt exigua, mora forte ver-
mereri possit, sed ubi anima, ubi æ-
nitas periculum subit, nullâ satis p-
expiatur.

Parendi promptitudo excoctæ vi-
tis characteristice est: cor enim o-
affectu vacuum, folique Dei nutui-
tentum, id est, virum secundum
Dei signat.

Nescit tarda molimina Spiritus;
stì gratia: nulla certior, aut celeric
virtutem obtinendam semita, quār
cum jubentis nutu parentis ce-
promptitudo.

XV. FEBRUARIJ.

*Possidenti Deum, etiam si nihil bal-
nihil deest. S. Ign. ap. Bart. K 4. §.*

Lucrum planè mirabile, com-
diōsissima diteſcendi via,
multū appetere. Unum si quærē
omnia possidemus. Compendium

gu

¶ sed quod non ievenimus, nisi
omnia perdamus.

cilō est, divitem fieri, ipsi nobis
ertatem imponimus, dum nostræ
imponunt cupiditates; has si ex-
nus, facile paupertatem sustine-
am. Quemdiu toleramus cupidita-
tē amdiu sumus nobis intolerabiles.
atā commutatio: modicūm, im-
m̄ dare, & infinitum accipere. Si
nihil habeo, quid habeo, & quandiu
am posideo, quid non habeo, &
uamdiu?

fanus sit, qui guttam frict ex lacu-
ui mare immensum præstō est pu-
ræ voluptatis. Cui difficile acci-
liquas præ manna nauseare?

XVI. FEBRUARIJ.

*n si nullo superaddito tuis Deo par-
et, ad maiorem tanien Christi ini-
tionem eligenda potius cum eo foret
upertas, contemptus, & insipien-
titulus, quam opes, honores, &
strinæ existimatio. S. Ignat. vitæ*

3. c. 3.

T. magnus discendi stimulus est
nobilitas magistri, sic in hujus
jurare ingenui officium est disci-
puli.

puli. Cujus tu doctrinam audis? man Christi?

Ut doctissimus, doctissimorum tentiis adhæremus, ac oppositas nū dicūs refellimus. Cur minūs apud ponderis Christus, quam in naturali Aristoteles, Aquinas in Theolog inveniat?

Quid profuit Epuloni affluen Herodi arrogantia? profuit autem rimūm Lazaro paupertas, demissio blicano. Exitus acta probat.

Similitudo morum mater est ari rum, hos à Christo peculiares non rebitur, nisi ejus se moribus, & celiis quam proxime conformati duerit. Amor enim vel pares inve vel facit.

XVII. FEBRUARIJ.
Quidquid in secreto loqueris, ita praetac si toti hominum communitati lo reris. S. Ignat. apud Nolarci.
In fida hominum fides est, prout tit, non servat fidem, quantamque secretū custodiam juret, incuria protantoque facilius, quanto severius strinxeris ad silentium.
Vis tua manere in abdito? prior

nec exemplo doceas, quid alter urus sit. Frustrá verbis legem impo-silentiī, si exemplo veniam præbes nifestandi: ut tu, ita & alter suum et amicum, cui fidere aliquid possit. Minima præ reliquis fides foemini: ueris habenda: curiosum, & garrulū imque hoc est animal. Ubi minūs dentiæ, plūs sibi garrulitatis est. Secreti tenacem esse, non modò pru-tiæ, saepe etiam conscientiæ est. illum mājus depositum, quam arca-nū, quod, si custoditum vis, prior e ne propala.

XVIII. FEBRUARIJ.

ii Religiosi Ordinis homines ad pro-curationem dīcīni obsequii adhibent cum detrimēto eorum regulae, arbo-rēm destruunt ut fructum inde car-pant. S. Ignat. apud Bart. I. 3. §. 46.
T' A' se impendere taliorum saluti debet Asceta, ut s' a' nihil officiat. namque Medicus sibi prius consulit, contagionem curaturus in aliis, ipse hat.
Qui sua sponte, qui celerius quam rat ætas, qui præter officium se pro-mo curando ingerit, plūs plerunque
damni.

damni, quām fructus colligit, se perdi
& alium non luceratur.

Regula est religiosi anima, quanti
ab illa recedit, tantum perdit spiritus
siccaque accidit, ut vivum cadaver,
omni, & aliter agat, quām deberet, si
noxius, suis gravis, aliis inutilis.

In illis, quae tuæ vocationis suæ
deaderit benedictio, hanc in aliis n
spera. Si talia à te fieri voluisset, h
non vocâsset. Recedere ab institut
est accedere ad errorem omnium g
wissimum.

XIX. FEBRUARIJ.

*Quisquis amat felicem rei à se agen
finem imponere, se ipsum negotio, n
egotium sibi accommodet, est nece
S. Ignat. apud Ribaden. l. 5. c. 1*

Qui cuncta suo conformari arbitri
contendunt, & arrogantiæ nul
ostendunt, & ignorantiae: illa si
hac alii nocent, nam & secundo ter
agendarum successu destituuntur,
turpi se ipsos labore præstituunt.
Prudens Medicus prius arteria
tentat, naturam attinet, deinde de
dicina præscribenda solitus, quæ ci
prod

est uni; officit alteri, etiam pars
o laboranti. Nec minor in animæ
desideratur discretio.

inib⁹ omnia fieri debuit Apo-
s, qui Doctor gentium audire vo-
luit crepidam pedi, non pedem illi
manodat artifex; ita se hominibus
magister.

fedia, non quam pretiosa, quamque
in amoribus, sed quam apta fini,
idendum; secus onerabunt amplius,
et juvabunt.

XX. FEBRUARIJ.

erimento didici, ultra modum lon-
gis contemplationibus additios, plus
nihil demonum præstigis, ac reddi
tractabiles. S. Ignat. apud Bart.
fallibile erroris argumentum est,
o ductu regi velle. Nemo sanctus
et intractabilis, quia nemo intra-
illis est humiliis. Cām tamen non
emplatio, sed humilitas certus vir-
index sit.

ontemplatio, quæ te facit insensu
abundare, tibi placet, non Deci-
m proficia, nisi ad arrogantiam;
vicinior, quam negotio. Complacentia illa ex contemplacio-
nis

nisi sublimitate ortā, satis ostendit, &
magisterio doceatur, ejus nempe
parens est superbiae.

Seraphinum se mentitur vafer dia-
lus, sublienes ingerit affectus, sancti
ma propōnit mysteria, & ad altissi-
mū invitat, sed ut lapſu graviore ruas,
rūmque numerum augeas, qui prius
ambulare nō possent, volare conati, turpi
cessiderunt. Tutiū in humili.

XXI. FEBRUARII.

*Valentior nunquam contra nos erit
hostis tartareus, quam cum secundum
ac clanculum operatur. Si Ignatius
exercerit.*

Quid magis prōnum, quam in
nebris errare? Qui sibi in re
animæ facem præfert, ignem
qui eum fatuum, & dum maximè egre-
tum in lumen, hoc se deſtitutum, ac in p-
cipiti possum videbit.

Non est præſidium ita validū, q-
cuniculis everti non possit, nec um-
pluſ habet periculi, quam dum ſui-
curum pericula non timet; mox ei
namque corruit, & tristis ruina dō
quam timendus fit hostis, qui latet.

Quem vel ſuī præſidentia, vel

, à quibus juvari posset, animi averse inflammabit orcus, jam tenet ita strictum, ut ægrè sit ruinam evasione. P. 1. 1. 1. 1.
acem simulat hostis, ut tuus fe-
nullæ quippe insidiæ periculosis
sunt, quam quæ plūs obtendunt
ritatis.

XXII. FEBRUARIJ.

unicum impedivisse peccatum, pro
mībus totius etiam viræ laboribus
securis satis magnum impensæ operæ
retium est. S. Ignat. apud Biderim.

I. C. 17.

Aliqat plurimam, qui invili etiam
mendicabulo non videt ingens
iū, nempe ultra corticem ille non
sit; lacernam cernit, sed latent pre-
tant, non sanctificari, lanam, non o
se, non Deum quærunt. Et quod
præmij? imò quæ talis pena excip

XII. JUNI.

*Tempestas absque nostra culpa in
læviens est quædam futuri, & secu
brevi proventus significatio. S. Ig
in Hist. Soc, p. 1. l. i. n. 69.*

DUM gravissima fævit tempeſ
ib⁹ proxima inninet fereni
ubi supremas in nos vires exeruerit
vidia, ibi fessa conquiescat In ſpi
fortitudo tua.

O mōt̄ momentū nostrā felicit
patiōtia est, magnum domesticā p
Sacra hientū, asylū ſecuritatis, pr

iduceus felicitatis. Feramus patientiam
quæ mutare non possumus.

Tuemadmodum nihil frequentius,
nisi pati, nihil pariter magis necessaria
patientia. Hæc commune malorum
suum medicamentum, quæ velut di-
lino cervi, expellimus aciem, fer-
que malorum.

Sec minimum artem puta patientiae.
Appendio quodam se à dolore & sup-
sis tam vitae, quam hostium liberat,
pati novit. In vulnerabilis animus
sit patientia. Meliora spera.

XIII. JUNII.

Exsecutio flabellum est, quo virtus nostra
scitetur, illa, quod absit, deficiat,
ircesset inde, nos rite munere suo
rfungetur. S. Ignat. apud Corn. à
ap. in prophet. ma. c. 13.

Exsecutio, quanto insistit gravior,
quanto nos in virtute solidiores facit,
securus, ac validiores venti urgentem,
ut profundiores in terram
es mittat. Illa nempe sollicitos nos
, ne in nobis inveniatur aliquid
jure persecutionem mereatur.

Continus hominum favor, & com-
s. applausus facile animum infiat,

&

& immemorem facit officii. Boni mihi Domine! quia humiliasti me.

Dum nos odit mundus; maximè nefacit, dat enim occasionem iniurie virtutis exercitium: causam offert ainetur, ut despiciatur.

Si nulla nobis in hominibus spes gimur omnem in Deum transfe illis dum nos displicere adverterimus moneniur, ut Dei favores conseruare promereri.

XIV. JUNII.

Domine, ecquid ego volo? aut quid non possum extra te? I. Iguat. ap. Ril. l. 5. c. 1.

COR hominis parvum est, maxime tamen desiderare potest. Votis enim mundus totus non sufficit; capaciterippe Dei animum, quidquid Iminus est, non explebit.

Fluxa omnia, & instabilitia sunt, cor immobili affixeris, continuò stuabis. Anchoram fige in Deo. I per fidem, fige per spem, fige per caritatem. Funiculus iste triplex nunquam rumpetur.

Illa sola beata est voluntas, quæ ha-
quidquid vult; quod in manu co-

tri est, nemo potest eripere, alia
nia fortunæ subjecta sunt. Deum si
as, nemo tibi thesaurum eripere po-

i quærenti regnum Dei, reliqua omnia
cientur, quid deesse poterit Deum
erenti? cum hoc, nihil habendo, sa-
i poteris, sine hoc, omnia habendo,
uccegebis.

XV. JUNII.

*i voluntate solum obediunt, repug-
nante ratione, uno tantum pede in Re-
gione versantur. S. Ign. ap. Maff.
Ericulosa statio, uni tantum ibi
pedi insistere, unde facilis ad rui-
næ impulsus. In edito stas, toto mundo
erior, unus flatus sufficit, ut desertâ
ione infelix stylita concidas.*
Ibi domestica vigent dissidia, diu
stabit res publica: ita dum voluntas
edit à judicio, nec constantia expe-
ri potest operis, nec successus. Ra-
& voluntas sorores sunt, mutui
lii ita indig.e, ut neutra sine altera
irtutem eluctari possit.

Dum ratio, & voluntas mutuum bel-
fovent, una subruit alteram à pro-
u, dum conatur una, revocat altera;

ita sit, ut nec una, nec altera obediētiae præmium obtineat.

Quod Deo in nobis placere potest
judicij est promptitudo, sine qua misericordia est obedientia, & licet moveri
imperata videatur, cadaver est, ani-
caret, à qua vitam, & vigorem cap-
debuisset.

XVI. JUNII.

*Cum intimo, maximòque dolore vide-
in quanta ubique gentium ignorati-
Deus versetur. S. Ign. ap. Bart. l. 4*

HEU quanta in Dei agnitione e-
go! noctis vivimus, aeternæ li-
gnaræ tenebras nobis non tam mysti-
sublimitas, quam negligentia nos
eternum astundit.

Quot non anni rerum creatarum
agnitioni tribuuntur, atteruntur vi-
etas impenditur, ut sciamus nociti
& in discenda Sanctorum scientia
consequenda Dei cognitione nec tui-
pus est, nec labor.

O vana hominum studia! ut oj-
ut aliquis honoris gradus, ut homini
notitia obtineatur, quæ curæ? quæ
conatus? & quis est, qui recogitet cor
quid Deo debeat?

Sed

edent in tenebris, & in umbra mortis
hominum millia, in tenebras æternas
iura, nisi tu iis faciem accendas, quæ
ad cognitionem Dei, ad vere fidei
ien adducatur. Quid moraris?

XVII. JUNII.

*ni contentionē laborandum, ut id,
nec sequimur, asequamur, & per-
fectionis viam ingressi, per veniamus
d id, quod perfectissimum est. S. Ig.
pud Lancic.*

Tulti, cùm bene cœperint, male
consummârunt, dedecore di-
pres, quām elogio: quod vel majora
bus cœperint, male providi, vel be-
septaturpi defectione deseruerint:
n littore canitur celestina. Quid
it fortī lacerto fulcare maria, fluctus
dere, charydes arte omni vitare, si
quam detur designato littore frui.
n constantis animi est, multa inchoa-
Uni te prestat impendere, donec
è consequaris intētum. Assequitur
i, qui sequitur plura. Porro unum
necessarium. Quid juvat Cristum
i, si non consequaris:

XVIII. JUNII.

*la est bestia super terram dæmone
efferacior*

(164)

*effe*rior, *a*crior, & *pertinacior* in
minem, ut cum pernicie noſtra, malig-
obſtinatæque mentis ſuæ deſider
adimpleat. S. Ignat. de spir. dignit

Si eecidit de cœlo Angelus, ex A-
ſtolatu Judas, quis est, qui ſtare i
justo timore auſit? Nec Salamone
etior, nec Davide sanctiores, nec Pe-
meliūs inſtruētus, & nequam timet
Nullus adeò sanctus, aut in viri
probatus est, qui timoris expers viv-
poſſit. Reſpice columnas cœli, con-
mifcent illæ; ſuſpice ſtellæ, de cœ-
cederunt.

Vide naturæ tuæ in peccato conce-
fragilitatem, hostis tui partes in ou-
vigilis industria attende. Numer
potes, lapsuū occasioſes tristes, te
meliorem minūs cogita; ſic in timo-
& tremore ſalutem tuam operare.

Initium ſapienſiæ timor Domini,
quo male tutos in via virtutis gra-
figimus, vel enim in superbiam in-
mus, vel in ſocordiam.

XIX. JUNII.

Cum nullo mortalium lieet pefſim
rebus Dei ſermo miſcetur, quin p-
mūm inde lucri referatur. S. Ign
Nad. 31. Julij. M

Agnus vis est gratiae! momentum sufficit, & è Saui Apostolū, simo efficit sanctissimum. Sic nēm-
ax illata orbi, momentō tenebras es expellit.

nica vox gladio anticipit penetra-
rī ita pervadit animum, ut totum
utet. Brebis formē longā oratione
ō sit efficacior, quando illius affal-
radius, in cuius manu corda sunt
iūm.

fructus non statim appareat, non
era; in fructum maturescet; semen
ejecisse sufficiat, seges erit, & op-
pressis, licet nunc alta niue sepul-
gere omnia videantur. Non omnia
maturescunt.

tinam plures ad nos venirent, ut
sanctiores, non ut redcant spebus
litiones. Nostrum est sequiora illo-
consilia corrigerē, ut meliora refe-
quām quæsiverint.

XX. JUNII.

qua tantis aures ditandæ sunt pro-
sis, quin facta valeant ipsi ex æquo
pondere. S. Ignap. Bar. l. 4. f. 281.

On promittendum, quod nolis;
minus, quod non possis explere.

Fide

Fide fēmel remissā, nihil super est, quā
perdās, vilescit authōritas, imō huma
societas cessat.

Unam tantam linguam natūra,
manus dedit binas, ut doceret lib
raliores nos esse debere opere, quā
linguā.

Fides tua fidibus conveniat, hæ
gratē sint, manus facit. Dare quidē
pōllicitā difficilius est, quam danda p
lliceri; pr̄stata tamen, spem non facei
quam implere nōqueas, ne vel fraudu
vel inconstantia te reum agas.

Si quid negari debeat, ita blandē fi
ne bis animus vulneretur, negatione,
ejus modo. Sæpe negatio beneficii lo
accipietur, si animum quidem pro
ptūm, rem vērō petitam ostendat r
xiām fore.

XXI. JUNIL.

Nimium alienorum defectuum odi
plus alienationis animi gignit, quā
emendationist juvātque ad fugan
spēcīns alios, quam juvandos. S. 1
in Comp. vitæ.

Sæpe defectus graviore defectu c
rigimus, dum propriæ passioni
miūm indulgemus; unde fit, ut non t

os emendatos, quām indignationi nō
satisfactum, cupiamus.

Quis medicum vocet, qui ægro indi-
etur, & hunc potius, quam ægritudo
persecatur. Gravior ægritudo
ijsi digna est compassione, affectu
igis tractanda, quām odio.

Inconsideratus nos zelus eō per sepe
duicit, ut dum domesticæ consultuni
luius disciplinæ, charitatis oblivis-
nur, id est, curiamus corticem, &
dullam prodigimus.

Fratri, quantumvis reo, nemo indi-
atur, nisi, qui domi suæ talpa proprios
ores non videt. In multis offendimus
imes, & qui tua erat tractari velles,
ijs est bonitate peccare, quām se-
itate.

XXII. JUNII.

*afflictionum genere præferendæ sunt
ille, quæ sensum inferunt aceriem,
sed damnum levius; his enim corpus,
& molestius, & durabilius affigitur.
S. Ignat. in vita apud Mass.*

*A*fflictionis mensurae pruden-
tia statuat, ne quid nimis, neve
d' iustò minus fiat: hujus amor pro-
us, illius periculum impetus fervo-
facit.

Affi-

Afflictionum corporalium sini sensus est corporis, non detrimentum plus facit, qui diutiús: excessus cum constantia conjungi nequit, qui se multum vult mortificare, moderatè castigata durant.

Satiús est, sepius, & per intervalla quam gravius, & sine requie corpus macerare; si continua sit, sensum obtundit, ab assuetis enim non fit passio si gravior, tum succumbit asinus sub onere.

Exiam culicum morsus martyrii palam mereti possunt, non semper opus est sanguinis profluviò, aut membrorum lanienà.

XXIII. JUNI.

Nihil agendum, aut scribendum, unde rancor, aut animaror aliquis nasci pos sit. S. Ignat. ibid.

Neminī danda est justa offendæ causa. Nemo tam pusillus, aut vilis qui obesse non possit. Et muscis sua bīa, & culici aculeus est, qui sensu faciat, & tumorē creet.

Quæ scribuntur, severiorem vocantur sunt sub censuram, per manus, & oculo cuncti, ætatem ferunt, plures, & grayiū ferunt

iunt: Littera scripta manet irrevo-
bilis. Sit sine felle, sine aculeo quid-
id scribis.

Etiam ubi correctione opus est, ea
ē debet sine amatore, sed sicut me-
inas auro, vel saccharite condit me-
ius; sic ea temperanda est, ut non
rreptio, sed medela, non pœna, sed
neficium esse agnoscatur.

Nemini ad bonam frugem revoca-
nus, nisi animum prius, quam vitia
pugnemus; lucrabimur autem nem-
ini, nisi crediderit se amari.

XXIV. JUNII.

*Iagnum demoni gaudium est, anima
inconsulto procedens, stirpem illius,
a quo regi deberet; quanto enim talis
alius enitur, tanto gravius ruet.* S.
Ignat. apud Nolar.

Nemo certus habitur, quam qui se
credit esse securissimum: igno-
tia periculi summum est periculum:
cauta securitas via est ad præcipitum,
ð quam facile est ruere, tam difficile
de redire.

Añeno ductu qui graditur, securis
ocedit. Plures oculi plura vident, &
prævident.

prævident. Væ soli! quia cum cecide
non habet sublevantem se.

Nemo suo, etiam in optimis, nita
arbitrio; cum sœpe ex optimis, si de-
nerant, fiant pessima. Qui suæ virtu-
tis fidit, nullam habet.

Alta semper periculis obnoxia. Vi-
tiginem time, qui de se submissè semi-
hanc facile cavet. Præsidentia teme-
tatis mater est pedissequam trahe-
ruinam.

XXV. JUNII.

Oporet parum loqui, & multum aud
i. S. Ignat. apud Bart. l. 4.

PER verba effunditur animus, v
er genium prodit, hæc ministrâ cor-
patent intima, quæ tamen ita recondi-
volet esse natura, ut nec Momon
nestellam, eò indifferit.

Multiloquio prodigatur autoritas
qui tacens phylosopherus mansisset,
quens omnem sui opinionem dilu-
majora quippe animo volui: quisq;
credidisset, si prudenti silentio, velu
pario, involuta mansissent, quæ inco-
fulta lingua profudit.

Ubi verborum est flumen, ibi
gutta mentis. Prudens multa loqui n
pote

test, quia prævidet, quam grandes
ox levicula cire possit tempestates.

Nec aliquid est honorificum magis,
quam verborum parsimonia. Etiam fâ-
us, quam diu tacet, sapientem simula-
aturam æmulemur, dñas homini aures;
sque semper apertas; linguam uni-
m eamque tot absconditam repagulis
dit.

XXVI. JUNII.

*ui Deum secum fert in corde, circum-
fert secum paradysum.* S. Ignat. in
compend. vitæ.

Volus Dei amor sinceræ fons est læ-
titiae, sine illius admixtione fuci
apidissimus, absq[ue] ullius cessationis
riculo perpetuus. Quid fodimus no-
cisternas dissipatas!

Si dilectionis pactum cu[m] Deo in eâs,
n[on] est, quod de felicitatis constantia
bites? enjus nec amor perire, nec ipse
test. Nequit leviter voluntatem my-
e, nec mutari. Nulla subit illum
antes amandi pœnitentia.

Alius amor semper inconstans est;
test enim amatus, vel invitus cessare
amore tui; potest ipse perire; si est
or in vivente periturus non futisset.

Felicitas non est, quæ perpetua non
Pacta dissolvi alia possunt, quoni
càdem voluntate, quâ fiunt, resci
possunt; in amoris autem cōtraē
cum eadem voluntas materia sit ex
tractus, voluntas alienatur, jam non
Domina, jus pœnitudinis amittit.

XXVII. JUNII.

Compendiosissima, & ferē sola ad san
tatem via est, abborrere ab omnib
que mundus amat, & amplectitur.
 Ignat. in Exam. c. 4.

Quae vetus Romani Sapientis q
 uæ rela fuit, eadem hodie est i
 tatis: malorum causas esse, q
 exemplis, non ratione componam:
 Vivimus, ut passim vivitur.

Non quâ itur, sed quâ eundum
 attendit, qui tendit ad perfectionem
 ille peritum se naūclerum probat,
 etiam contra torrentem niti novit.

Noli sapere cum vulgo, nec contiri
 imitandum credas, quod popularis &
 omnia suadet; quasi verô vitium non
 quidquid multorum exempla excus:
 Aestimanda sunt judicia, non nur
 randa.

Documento aliena vitia sint ad
 tel

last, non incitamento ad sequelam.
ui malis dissimilis esse veretur, evadit
alus. Pauci sunt, imò unus Dei Filius,
ijs exempla pro regula morum assu-
antur.

28 JUNII.

sensura profectus ex vultu, gestibus,
nature facilitate, aut amore solitudinis
macte sumitur, cum à vi, quam sibi
quisque infert, sit desumenda. S. Ign.
apud Mass.

Gnava sanctitas est, quæ laudem cap-
tat ex iis, quæ plus stupor quidam
turæ, quam virtus operatur. Nisi tu
iam lignum sanctum esse dicas, quod
cirà unquam, nec libidine commo-
tur.

An, & quam actio quævis laudem
creatur, illud sit argumento, quantum
i quisque operans vim, quamque è
cero motivo inferat. Arduitas hic
etium facit.

Quosdam non malos esse pura felici-
, imò casus est, quòd in mala vel
empla, vel occasions non venerint;
experti avassent pessimi. Qui non
tatur, quid scit?

Nulla speretur sine certamine corona.

Q

Solitudinis,

Solitudinis, & silentii nativus amor, si
minum fuga usque adeo ad virtutem r
assurgit, ut inter morositatis vitia pot
censenda veniat.

29 JUNII.

*Quanto utilior est ferventis conserva
cum externis, si bona sit, tanto da
nasior est, si diffusa sit. S. Ign.
Nolar. c. ult.*

Solis maculæ, aut lunæ deliquia
lām sunt omnibus; sic latè diffan
tur scandalum, quod venit ab eo, qu
vocationis altitudo terris altioreme
xit in sublime.

Væ homini illi, per quem venit sc
dalum! plurimum conatus vix reslit
quod pravum unius exemplum corrū
lī oculis, lingua, & manibus quisce
totius Ordinis honorem circumfert,
dissipat.

Ab uno vulgus ducit ad omnes
gumentum, malā quidem dialecticā;
terim tamen per frequenti: judicia l
iminem quanto in malum proniora, t
rō majorem suadent cautelam iis, q
populus omnis observat.

Sal, quo condieundus erat populu
corrumperatur, ad quid valet? nisi, ut r

ix foras. Præstat, ut unus homo, quam
gens pereat.

30 JUNII.

*igna in proficiendo utilitas est amicorum
habuisse, cui defectuum tuorum te mo-
vere sit indulxum. S. Ignat. in compa-
nitæ.*

IT vultum, sic suum quisque cul-
tum, & mores non cernit, vel non
sincere discernit; alio hic opus est
dico, qui te, qui tua incensuram vocet.
Velle semper laudari, aut credere,
il in se notâ, vel censurâ dignum re-
iri, grandis est arrogantia. Qui dicit,
in peccato esse, mendax est. Quan-
dauciores advertis, tantô plures alii
electus.

Si de macula in vultu, de plica mi-
ordinaria in veste monitus, inter-
tias reposis, incur ægrè feras in iis
moneri, quæ plûs officiunt, latius
en.

Plus amat, qui, quod sequius est mo-
rum qui laudat. Hic adulator, ille
itor est. Bonum te vult, vult laudem
& amorem omnium promereri. In-
benefactores computa, qui tui sic
im gerunt.

SCINTILLÆ
IGNATIANÆ,
SIVE
ANCTI IGNATII
DE LOYOLA,
OCIETATIS JESU
FUNDATORIS
OPHTEGMATA SACRA;
er singulos Anni Dies distributa,
ulteriori Considerationi proposita
R. P. GABRIELEM HEVENESI
Societatis Jesu.
EMESTRE SECUNDUM.



MEXICI:

Regalis, & Antiq. Divi Ildefonsi
Collegij typis, A. D. 1756.

Ignem veni mittere
terram, & quid volo, i
ut accendatur.

Luca cap. 12. ¶. 49.

I. JULIJ.

*i Religioſt munus eſt: ad Dei, non
incipis obsequium homines promo-
re, ut offendat ſe optime feciſſe talem
gendo Dominum. S. Ignat. ap. Maff.*

3. c. I.

Uām multi, dum tolluntur in al-
tum, promovētur ad ruinam, for-
san æternam; lapsuri nunquam, ni-
m alē ascendiffent. Vertigine agun-
, dum ſtant in ſublimi, qui ſecuri-
iſſent in humili. Vide, ne, cui paraſ-
iam, afferas exitium.

Et quid, ſi ē mansbus tuis ejus anima
etatur, quem favor Principis, ſubli-
or locus, blandior fortuna egit in
iſverſum. Cooperari malo malum,
a cauſa cauſæ, cauſa eſt cauſati.

Unum promotes! quoſ offendis? ²
aputum ini dāmna inter, & lucellum.
tē nec promotus agnoscet benefi-
ciū, educto aedificio, pegmata, quibus
vit, non curantur. Imō ſaepē calcatur
a, quæ promovit.

Servire Deo, regnare eſt. Hoc hono-
rillus potior, utilior nullus. Servitus
æternam ſpondet libertatem, ad
ū famulatum promovere, præſtet,
m regnum. AA 2 JU-

(2)
2. JULII.

Bonus animarum venator multa dissimilare, quasi nesciat; factus dominus voluntatis, flectere virtutem poterit, quod libuerit. S. Ignat. ap. Bart. lib. 4.

Blandius agendum cum teneatur Duriore aurâ pereunt plantas quas blandior ad maturitatem educet. Patientia habenda principio.

Licet tardius marmori, quam civitatis virtutis imago inducatur, moram compensabit constantia. Cera, quae facit virtutis imaginem sumit, pari facilitate ponit; marmor, quod multis iustis monitam eam recepit, nec per saecula amittet.

Si non suus culturæ tuæ fructus respondet, non continuo extirpanda arbuscula; quod hodiernus negaverat, crastinus dabit dies. Exspecta, irri, erescet, longanimitatem, ac diligentem fructuum solatio liberaliter solvet.

3. JULII.

Heu quantum decipiuntur! qui se suis plenos rati, animarum gubernationem ambiunt. S. Ignat. ibid.

Emo fabrilis, nemo mechanicæ se magistrum profitetur, nisi plures a discenda artis insumpserit; sola parvum regendarum scientia ita impta cuilibet veniat, ut hodie ini-
is, iam magisterium profiteatur?
Ars artium est regimen animarum, m, qui maximè callere se credit, ca-
minime. Dei hoc, non hominum
is est, cujus est movere corda.

Cogi homines possunt ad servitu-
, artes instrui possunt, & scientias,
ad ea, quæ humanam industriam fu-
ant, & supernatura fuit, humana
> inflecti non possunt. Spiritus Dei
operari debet.

Rei pretiosissimæ custodia credita
animatorum curatoribus, sanguinis
fisti pretium. Væ! si cujus incuria
ire aliquam contigerit, e manibus
s repetetur.

4. JULII.

plena periculi est, uno omnes calle
lle cogere ad perfectionem: quan-
tia, quamque multiplicia sunt Spir-
its sancti dona talis non intelligit. S.
nat. apud. Quare

NON solūm quōt capita, tot
tertiæ, sed etiam quōt homi
totidem sunt formæ. Hoc Omnipo-
tis artificium est, ut plūs quisque
ferat in anima, quām discrepet vultu.

Si ullibi, in animarum directi
maximā opus est discretionē. In m-
ciniſ ſi non omnes proſunt omnibus,
hunc fanavit, occidet illum, niſi q-
tate, & quantitate ſubjecto attemp-
tur.

Una velle omnes methodo regi
perinde eſt, ac uno capitulo omnia pili
uno omnes pedes calceo metiri. Q
interest alia alium viā procedere, n
dō ad præfixum ſecuris terminum p
veniat.

In diſpertitis linguis Apostolor
vērtici dīvinus incidit Magister Sp
itus. Duodecim ſunt portæ cœli, n
omnes cogendi per eandem.

5. JULII.

*Nulla res mundo magis despicabiles j
cit Religiosos, quām ſi varias ſe
per partes inter ſe dividentur.*

Ignat. ap. Bart.

A Stimationem ut non quærit,
meretur virtutis ſtuđiosu
quā

påm diu eam sectatur, à qua si recedat,
nihil contemptum recipit pro mer-
ede.

Quos una vocatio, par institutum,
sem scopus arctius conjunxit, nisi eos
em sincera jungat charitas, non ordo
st, sed confusio. Ibi virtutis non stu-
ium, sed exterminium,

Solis radii, nisi unum colligantur in
enfun., non accendunt, divisi fiunt in-
ficaes. Et quid ibi spiritualis emolu-
enti exspectandum? ubi, quod unus
dificat, alter destruit.

Quos eminentiori in gradu locavit
vocatio, iisdem melioris exempli neces-
arem imposuit. Malè suadent vir-
tem, qui ejus parum sunt tenaces,
aliora factis prædicando magis vile-
nt.

6. JULII.

*agnum, rarum tamen artificium est:
gere multa, agere cum multis, & ta-
men nec à se, nec à Deo unquam rece-
re. S. Ignat. apud Quart. in Gl.*

*J*egotiorum multitudo multum
officit pietati: exhaustit fervorem,
iceat devotionis gustum, speciebus
plet sensus, & caput distractionibus

occupat. Si plura, quam debes, vel certe plura, quam possis, noli

Tu, ut alia omnia, uniformiter d
foriniter age; plus, & prius in propri
quam extraneo subjecto produceit ign
tuo documento, ut te prius, quam ali
perficias. Quid prodest calcare alic
te frigente?

Malec alios queris, te perdendo,
primum in salutis, & perfectionis t
securitate immobilem fige, tunct ad al
curas tuas extendere poteris.

Aeus nautica ita tenaci affectu pc
affigitur, ut quacunque navim ven
impellat, ab eo non deflestat. Si cor
ter negotia sic Deo sit affixum, felic
sumus operarii.

7. JULII.

*Virtus, & vite Sanctitas non tant
apud Deum, sed & apud homi
vel omnia possunt, vel nullum. Sa
Ignat. Ibid.*

ULT Panthera feras odore, ferr
sympathia magnes; sic pie
exemplo affectus trahit; nec elogio,
commendatione res eger, ubi vii
invitat, prona in sequelam rapiunt
corda.

Nunquam spectatur virtus, nisi cum uictu. Nempe sol non aspicitur, quin uminet; nec ignis aditur, quin calefauit. Muta quidem, efficacissima tamen nectitas est concio. Basiliscus visu not, vir perfectus prodest.

Modesta oris affabilitas, amabilis uolorum quies, elegans gestuum omnium temperies clavis est cordium, qua etus etiam aheneum certius, quam a machinâ referatur.

Efficacior vox est operis quam oris. Inga nempe via per præcepta, brevis r exempla. Certius finem obtinet, i aptè ad persuadendum facit, quam, i dicit.

8. JULII.

natus conatu, consuetudine consueto, quasi clavus clavo, retundatur.
Ignat. apud Maff.

Dura servitus consuetudinis! quæ non ferro, sed ferreâ vitii necessitate suos catenat; nec quidquam in huic solet esse difficultius, quam inoli consuetudinis tyrannis. Cave hujus ibus ligari.

Est tamen aliquid, quod longam, duque consuetudinis catenam rumpat;

nempe contraria consuetudo. Magis gratiae beneficium, velle emendari; ubi assulserit, bene sperandum.

Licet in naturam malum abierit tatum, aliam tibi pro rationis, & dñe legis dictamine legere naturam teris consuetudinis novae benefic aded similem naturae, ut tempore lumi dignoscatur.

Famuli, cum non placent domini familia mittuntur, substituuntur alii: & vitium, si tibi sincerè displiceat, te, mos illi melior substitui potest; emendabit, quidquid consuetudo p cavit.

9. JULII.

Propter remotam spem multa in o quium Dei faciendi in consulte negl tur presens occasio: fiet enim, ut omittatur, & altera non obtineat S. Ignat. ibid.

UT pollicitis, ita propositis d tem fieri artis non est, nec k re haec, nec ingenio egent. Sed q facilia, tam inutilia sunt ad intent seu profanæ, seu sacræ œconomiae j ventum.

Quid futura disponis? otiosorum

bōr est. Hic Rhodus, hic saltus. In
æsenti, quod præ manibus est, nego-
>, exere, quid virium pares in futu-
m. Neminem spes impinguat.

Si quælibet actio, quæ ad manum est,
erfecta exeat; si quod hodie boni age-
potes, in crastinum non differas; bre-
i compendio iugentia tibi merita cu-
ulabis, & regià ad perfectionem vià
non tam ibis, quam volabis.

Magna illa, & heroica, ad quæ tu as-
tas, rara sunt, forte nulla erunt. In
inori cape experimentum, quid fa-
urus esse in magno. Sic miles exer-
tur in umbra, quid agere debeat in
etia.

10. JULII.

*um pusillanimes dæmon animo cogita-
tiones affundit, hic receptorum jam à
Deo beneficiorum memoriā est erigen-
lus. S. Ignat. ap. Bart. l. 4.*

Beneficiorum recordatio, & grati-
tudinis materia, & novæ spei sti-
ulus est. Qui dedit hæc, dedit tot, nec
iberalior factus est, nec pauperior.
finitum exhaustiri nescit, nec im-
ensum absorberi.

Inī, si potes gratiarum à Deo tibi
col-

collatarum syllabum. Si vitam an
Etam, si die in hunc, si præsens mon-
tum in examen voces, parem iis nu-
rum non invenies; totidem crede ra-
nes, quibus ad novarum spem im-
laris.

Plura possemus, si auderemus pli-
Qui auxiliator est, Deus est; nec fa-
tas illi deesse potest, nec voluntas; i-
ta non potes audere, quin majora,
possit omnipotentia, & velit insi-
bonitas dare.

Peior est bello timor ipse belli. I-
pe nos metus revocat, ubi spes im-
lere deberet. Scilicet umbris terret
ab eo, qui princeps tenebrarum cùm
dissidentiae caliginem nobis offundit

I I. JULII.

*Si te dæmon ad peccandum impellere
queat, gauaet fecisse molestiam, &
mi serenitatem minuisse. S. Ignat.
discr. spir.*

ETiam in minutis lucris exultat
tus, apud quem maximum
stigia est parsimonia; ut nihil negligat
quod lucrifacere potest. Si nequit
majora impellere, sollicitat ad min-
delicta; si nec ista sperat, turbat co-

litiam, ut devotionem imminuat. Suspecta tibi sit frequens mentis inoperies, continua illa nubes majorum, quam passim credatur, coquit temeratem, facit dæmon sollicitudinem minimis maximam, ut ad maximos, specie boni, errores inducat.

Nimia etiam in sanctis sollicitudo etitas non est. Illi continui dubiae intus fluctus, hesitationes in obviis, visicina sunt conscientiae, martyrii pars quoddam est, sed dialoli; quia et fructu, quia cum domesticæ pacis frumento.

Conturbatus animus non est aptus exequendum munus suum. In turbido piseatur dæmon, malum intent, licet sub optimo colore, securitatem animæ, damna faciat. Tuo hinc sensu itarls, non evades.

12. JULII.

ut Deus rem quamlibet estimare solet, quantum se aliquid tanquam in conuentum ad bene operandum Deo injungit. S. Ign. ap. Bart. 1. 1. 16.

TON obviae artis est ad amantem a vita, aurum obtruzum & spuriorem fatuum à vero, discernere. **L**eont

gi usūs, non voluntatis, hoc magis
rium est, luce hoc non obviā eget, si
divinā.

Appetis alta, & nescis te ruinam a
petere, quia tuam, quā laboras, verti
nem ignoras, cades. Sublimior ille gi
dus pro te tutior non est; nec enim
Deo, sed vanitati conjungeret.

Judicia Dei abyssus multa; hanc scr
tari si didiceris, invenies, quām tibi i
cūriūs sic officio, quod tam calidē a
petis, carere; gradum, quem tam avic
quæris, non obtinere. Sine te Deo.

Quid auro pretiosius; ditat; ocul
recreat; sed ventrem non satiat: utilis
ad manducandum est panis crusta, quā
auri pondo. Ex aptitudine ad sine
medii crescit utilitas. Quid te Deo m
gis conjungat, quī discernes? cæcus
in rebus tuis. Deus totus oculus est.

13. JULII.

*Orationi deditus, nec ariditate dejici
tur, nec extollatur in consolatione: ar
dus recordetur gratiarum, quibus fru
tus est, devotus reputet hanc esse
Deo eleemosynam gratis datam. S. Ig
ap. Bart.*

Toneladem semper serenitate gaudie cælum, quin atris persæpe nubes obvolvatur: ita cum orantibus sit Deus: alternat vices, jam ubertate solitorum perfundit animam; jam siccitate facit exarescere. Utrumque ē cæst.

Adest Deus, ut ad amandum alliciat; abest, ut nostras ipsi vires agnoscamus. Adest, ut conatum nostrum remunerr; abest, ut an sine mercede ametur, sploret. Adest, ut cæli prægustum fatat; abest, ut, quæmarum sit, sine eo vivere, ostendat. In utroq. Deus.

Orationi pretium: nec ariditas, nec insolatio facit. Nec illa melior, quæ superior, nec quæ siccior, continuo de-rior. Voluntas nostra qualitatis di-ibitrix est.

Ut in humanis, sic & divinis lœta ccedunt tristibus, vel quia Deum vaetas hæc delectat, vel ne par semper rum facies nobis pariat fastidium.

14. JULII.

nimarum saluti addictos ita oportet aborare, ut non tantum Deo, sed & hominibus propter Deum se gratios faciant, & divini honoris zelum ex proximi

ximi profectu moderentur. S. Ign. il

SOrores sunt virtutes, non collid tur ad invicem, pacificè in eod cerde hospitantur. Dilectio Dei n officit in proximum charitati; una juvatur ab altera, & velut circuli in terna inseparabili nexu sociantur.

Ubi cum iusta pluſinum offensa honor quæritur, zelus non est, sed p ſio, sed janctantia; tanto despicabil coram Deo, quanto major est abuſitia virtute palliare.

Si hominibus placeret, Christi f yus non eſſet Apostolus: ſcilicet ſi I minū gratiam ſpectaret ut finem, ſi co modo ſuo, aut voluptate id faceret.

Favor hominum quæri cum virtu potest, imo debet, ut hoc ſemel c cupato, cor ejus poſſideamus, eiq Dei amorem implantemus. Non te diet, qui odit.

15. JULII.

*Erga sceleratos eo pacto te gere, quo I
mater facientis filii miseratione fe- n
cerat; blanditurque illi ſedulitate ha
paulò delicatori, quam ſano, &
lenti. S. Ign. ap. Bart.*

IT difficilius animi, quam corporis aegritudines curantur: ita plures illius, quam hujus cura irrepunt eres. Utrique Medicorum imperitia. In animorum cura illud habe fundatum: nullum fore efficacem malodicinam, nisi haec à tali afferatur, im patiens amet. Animus primum occidus est, ut ejus vitia expugnentur. Inguis in utebre auget, non tollit um. Continuus stimulus ut dolo, ita odia suscitat. Moli manu, leimèque attingenda sunt apostemata, is erit intolerabilis curatio. Vides afflictum vacillare sub onere. impellis? cogis ad ruinam, quem eres, si propitiam debili manum obtuleris. Tempori aliquid, aliquid ætati, parum indulgendum fragilitati.

16. JULII.

*in rerum propriarum deliberatione
s amor proprius in transversum
erat, considerandæ ille sunt tanquam
alios, non ad nos spectantes, ut sic
ritas, non affectus judicium ferat. S.
nat. ibid.*

Orporis oculos ita natura instituit,
ut, licet alia omnia, se tamen mi-

nāmē videre possint. Par mentis o
fīt officium, cui de aliis judicium c
mitti potest, de se ipso nequaquam.

Cuique sua p̄ae alienis placent,
mo non afficitur erga ea, quæ es
Quæ viciniora sunt, apparent maj
quæ remota, decrescunt. Ut tibi n
te vicinior, ita nullus charior.

Malus in dubiis judex est affec
to libram flectit, quo ipse propen
quantum deficit meriti, tantum a
de favore; quid mirum? quod p̄ap
deret.

Tantò se quisq; sincerius amat, q
uo plus à sui amore recedit. Sic, q
bonum est, non quod bonum appa
ribi voles, si tuam secteris voluntat
quo cœca te ducet?

17. JULII.

*Nec discursu, nec rationibus ullis t
utum erugimur quantum humili ad i
scouſu. S. Ignat. apud. Nolar.*

Non in persuasibilibus humane
pientiae, verbis, vel auxiliis lite
riis ponenda est spes scientiae, he
sōns investigandus est alibi, ubi nen
thesaurus est sapientiae, & scientiae I
absconditus.

Bonaventuræ Bibliotheca Cruxis;
 & est; plus inde is affectu didicit, quam
 nille libris alii sperare possint. Nihil
 mitur scientiæ, quod tribuitur pietati.
 Scientia, quæ robur non accipit à
 tate, parum proficit: sicut non omne
 gen frugiferum, ita non omnis scien-
 tia secunda est, hæret inutilis, sicut the-
 rus absconditus, cujus non est usus.
 Multi docti parvum doctrinæ fru-
 trum referunt, post tot annos studiis
 licetos sterile semper solum arant, &
 a seminaverint multum, parum me-
 t, illudq plús lolit, quam frugis: quia
 benedictione Dei, medulla deest.

18. JULII.

Panimitas tua dæmonem audacio-
 n fecit: sicut sœminæ tunc solum sunt
 daces, cùm æmulos viderint effœmi-
 tos! S. Ign. in Exerc.

Alem erga nos experimus dæmo-
 nem, quale in ipsum volumus. Ca-
 lle animo, si nos assurgimus; vicis-
 tantum ei accrescit, quantum nos
 i perdimus. Nostræ pusillanimitate
 stior, & robore fit infirmior.

Inprudentes fainus, nob sive maxi-
 nimici, si non heberemus hosti po-
 tius,

tiūs, quām acuamus arma, si non erip
mus citiūs, quām ministremus nobis i
cendi media: Nihil contra nos ille p
set, si nos nollemus.

Qui timet, jam mediā, & meliore
parte viētus est, non hostis fortitudi
sed ignavia propriā prostratus. Et q
tam inerti pugili compatiatur?

Ferox, & implacabilis hostis est, i
in timentem; si cedis, resistit: resis
non rocebit; fortè nec tentabit. Vi
enim eum pudet, maxūlque non ten
re pugnam, quām perdere.

19. JULII.

*Ut correctio locum habeat, debet esse
authoritas in corridente, vel amor
ignitus in corrigendo. S. Ign. ap. Bar*

Tot in Republica pœnæ, tot pass
sunt carceres, & pauci emendat
tur! pauciores futuri rei, si rariora i
rent supplicia. Metus non emendat
torquere, occidere, sic scelus finire p
test, non emendare; hoc non facit, r
amor corrigentis.

Flabrum ignem non extinguit, i
in flammam evocat; aqua stillatim i
aspersa hunc auget potius, quām i
minuit: correctio pariter, magnā autē

ite destituta, exacerbat animum poss; quam componit.

Ut alium tutè corrīgas, authoritatem i non persuasio tua, non nuda aetas, fastus, sed virtus tribuat. Male corit ipse corrigendus; culpa vacet, qui pas vult diluere.

Si tantus tibi corrigendi pruritus, ecconsilium: non procūl eundum est, iet inspice, tuos ad censuram mores ea; & quam uberem correctionis manam reperies? in hanc prius, quam nam messem mittenda falx est,

20. JULII.

ut sua propter Deum deferere non motur, cuncta tamen ad eum referat, ac et multa, minoris semper sint uno, od necessarium esse Christus pronuntit. S. Ign. apud Bart. f. 378.

JT ut difficile, impossibile tamen non est, cum divitiis cælum repere. Impedimenta illæ sunt, non nauium salutis; malæ illæ non sunt, niles, aut usus faciat aut affectus.

Iabent & opes sua bona. Quis egeucurret? quis templa, & aras eris? si pauperes forent omnes: nisi nt divites, non vivent pauperes, quia

quia non esset, unde inopiae suæ
men acciperent.

Nec omnes ad eundem perfectum gradum vocavit Deus. Qui optimus se desiderat, curet, ut in suo, c. Deus illi destinavit gradu, bonus nec enim continuo malus, qui nor timus.

Nec tam cœnsus aspiciendus, c affectus. Minorem saepe dives ad gemmas, & aurum, quam ad cultellum bet pauper, tanto contemptibilis quanto vilius est, quod deperivit.

21. JULII.

Par Deo reddenda est rati, si delitculpam aliquam emolliatur corpus illud severitate nimis enervetur, haec divini bonoris, & meriti suscepta videantur. Sanct. Ignat. a Bart. l. 4. f. 38.

ASperitatibus, an voluptatibus alerius atteratur corpus, ægrum: Problemā esto: ibi severius, dulcior perit tamen utroque modo usu nempe, & rubigine ferrum atteriā impari, danno pari.

Plures occidit gula, quam gladii Venus innumeris venenum prop

ce quidem; fatale tamen; mulcet illa
pus, & corruptit; vires attenuat,
rbos accelerat, vitam abbreviat,
Corpus nostrum res est magni Dei, &
i nostræ commissum, quo nec pro
tratu nostro uti, nec illud periculo
onere sine crimine possumus. Ve-
Dominus rationem exacturus de-

Domine! ut jumentum factus sum
te. Domini obsequio servari de-
quod asino, hoc corpori debetur
quium; pascatur, ut oneri par ma-
ferendo.

22. JULII:

*ntd quis oculatior est in scrutandis
irum defectibus, tantd est in suis
oscendis negligentior. S. Ig. ap. Bar.*
Uid juvat omnes noscere, si tibi
vivas ignotus? alios desideras næ-
vi. omnis expertes, tuos negligis!
est scrutari festucam in vicino, &
m. in tuo oculo non sentire.
arabæorum (fordidum genus) na-
alunt; qui aliorum rejectamenta
ntur, & toti vivunt in carpendi
m moribus.

*mo est ita vitijs deditus, qui non
plu-*

plurima habeat, multa laude digna; c
p̄soniores ad ejus defectus p̄e virtu
bus vidēndos; nisi, quia oculus tuus r
quam est.

Qui optimus est, optimē de aliis sc
tit; nec ullus ad rodendos alienos
rōres pronior, quām, qui domi, & in
nu suo, plurimos nutrit; à se quisquē
alios dicit argumentum.

23. JULII.

*Multas famae, & virtutis commendā
dā p̄iro gravi profectu plūs, quam v
tus ipsa, ad sui amorem invitat. S. I
apud Bart.*

Honestæ indolis est famæ cura; p
fama, etiam p̄e vita, magnæ mi
tis est sollicitudo, ut nullo eam dedec
re vitiatam transmittat ad ætates p
steras.

Vita bona necessaria est nobis, p
nobis, fama pro aliis. Sinē qua par
efficiet, etiamsi in sublimi sit gradu f
titatis. Famā plūs, quam armis, ger
tur & bella, & negotia.

Fama bona emi non potest, nisi v
bona; interna, quæ soli Deo inno
scunt, pretium, externa opinionem;
ciunt; ex iis, quæ sub sensu cadunt, ju

(23.)

t vulgus. Cave tibi, cave tuis officere.
Mala fama tam parum, quam ignis
ultari potest, volat, & vix centum
ogiis revocabilis. Delicata res est fa-
, super omnes fortunas curanda.

24. JULII.

*r vuli etiam donis, & bellariis, tan-
uum tenera animalcula iis, quæ ar-
dent, possunt ad officia virtutis ani-
ari. S. Ignat. ibid.*

Teneris virtute assuevisse, maxi-
mum est vitæ probæ magi-
um. Ægre annis seniortibus po-
tur mores, qui juvenilibus erant
mpti, sic lana colorem, quem pri-
bibit, ægrius mutat.

Qui juventutem curâ destituit, æta-
perdidit: tenera illa duriorem hor-
densuram: silentium, serietas, mo-
compositio tormeta ejus sunt. Hic
s est arte quâ hæc fiant chariora.

t aves captiuntur escâ, quam dili-
: itâ juventus, per ludicra, est ad
inducenda. Hoc suos dolo cœpit,
omnibus omnia factus est, Apo-
s.

anditiis ægrum delinit medicus, ut
ruam sanitati medelam admittat.

Cc

Quid

(24)

Quid interest? jocō, an serō, minis,
muneribus in tua vota parvulum pe-
trahas, modō ille discat profutura.

25. JULII.

*Præstat prece, vel pretio, quām litib
obtinere, quod intendis. S. Ignat. ap
Ribad. in vita.*

Lites plūs post se fastidii, quām u-
litatis trahunt, &, si quid Judi-
bus, & Advocatis, non litigantib
prosunt, obsunt sānē plurimū, si a
morum aversiones in censu venia
Incertus semper litis eventus; ce-
sunt incommoda, comoda prorsus
bia, & quis tam fragili rati se, &
comittat? Inter iurgia viverē cala-
tas est, non vita.

Pax optima rerum, quas homini na-
ra dedit; hanc pro spe tenui convelle
pessima est œconomia; hoc enim
plūs perdere, quām lucrari.

Duplex damnum nulla lis effugit
cri cessantis unum damni emerge
alterum: illud imminutio charita-
istud temporis, si non etiam æris ja-
ra creat.

26. JULII.

Mortificationi danda quidem utriq

pera, eò tamen discrimine, ut interio-
i præcipue, perpetuò, atque ab omni-
us; exteriori, quantum & rerum, &
ersonæ & temporis conditio exigit. S.
gnat. ap. Bart. l. 3. f. 218.

Ffectum impotētia omnium est
malorum, quæ haetenus orbis
sit, fundamentum; quorum proinde,
mortificationem institutio non tan-
privatum bonum est, sed publicum.
Unicus male domiti cordis impetus
quæ non mala effunditur? una cupi-
imperandi, quantis orbem bellis af-
lit: nec minus in microcosmo peri-
im.

Qui vult pacem, legem dicat affe-
sus, ultra quam progredi non sinan-
Nemo novit, quantum afferant ad-
enti, cum in freno sunt affectus,
expertus, quantæ sint pestes, si ef-
les maneant.

or nostrum aula Dei; tot facimus
rum caulam, quot in eruditos simu-
lus forenus. Belluini sunt, & his
res: quia jugum rationis, quo bel-
larent, excutiunt.

•7. JULII.

In principio facile aboliri potuif-
set,

(26)

set, diuturnitate temporis; & oper iteratione redditur irremediabile.

Ignat. apud eund.

QUAM levi manu, in tuos neti flexilem duxisses arbuseulam, u creverit, vix securibus, & mult ictibus ad demissionem illa flectetur; i grandescunt vitia, & a tempore rob accipiunt.

Noxia celerius agunt radices, qu ubi fixerint, omnem olitoris industria ludunt; qua cœperunt non qua debent, viâ diffusæ melioribus umbra faciunt.

Ubi mala invaluerunt, sera est o niis diligentia: quæ digito supprimi sci tilla potuisset, neglecta vires accip & remedii omnis impatiens late don natur, noxia hæc negligentia.

Maxima negotia confecit felici celeritas, à mora quid boni expecte differre nolentis est. Sero medicina i ratur, veneno postquam venas omi infecit; semper crastino magis pró tius habendus est hodiernus dies.

28. JULII.

Attendamus tantum divinis obsequ Deus nobis ultro, quæ opportuna f

int. providebit. S. Ign. ap. Bart. f. 345.
Ustō major temporalium cura dif-
fidentiæ, vel appetentiæ argumen-
tum est. Qui pascit volatilia cœli,
orūm minús obliviscetur. Inanis nos
licitudo tangit.

Si magis delectaremur internis, rariū
moriam subirent temporalia; quibus
occupetur animus, non potest suē-
gra levare se ad cœlestia. Pessima
mutatio, horum damno, illa pro-
vere.

Quid labore fatigaris? incassum se-
nas, frustra rīgas, nisi Deus det in-
mentum. In ejus manib⁹ multipli-
tur panes, ut millibus sufficient. Li-
alibus in Deum, non est timenda
pia.

Qui quærerit abundantiam, per spiri-
ta quærat; non veniet illa, nisi lar-
ite illo, à quo omnia. Si quis in tem-
palibus affectus appareat, vide an
præcesserit in spiritualibus.

29. JULII.

*domitos habet affectus, plus unius
adrantis meditatione fructus as-
uetur, quād crudus aliquis pluri-
m.* S. Ignat. apud Ribad.

Anima orationis mentis est reci-
lectio, quam non speret, ubi pe-
pes non domitorum affectuum stre-
intemperies, dividit illa animum, ne
colligit; dissipat spiritum, non excita-

Ideo rarus tot orationum fructus
quia rara eam comitatur mortificat.
Lignum probe siccatum absq; nego-
flamمام concipit, ubi recens diu ci-
igne, & nativo humore collectatur.

Imminutio cupiditatis augmentum
est charitatis; ubi nulla cupiditas,
perfecta charitas; tot gradibus cor
Deum elevatur, quot ab innatis fec-
dit affectibus.

Ut ignis remotis, quæ cursum mor-
tur, impedimentis, illicè ad centrum
abripitur, ita cor appetitibus depui-
tum alis non eget aliis, ut celerius
Deum perveniat.

30. JULII.

*Maledicorum ora graviorum virorū
testimoniis sunt diluenda, & benefac-
tos loquentium iniqua obstruendum.*
Ignat. apud Nolar.

QUI declinare ictus maledicen-
non potest, pectus opponat a-
neum, id est, recti consciencie

duumitum: hic hebecit omne, quod tineri potuisset telum, animum non sufficit, minus laetet.

Si verba verbis æquâ dosi remetiri elit, flamas augebis quæ tantò ex-fescerent altius quanto vehementius intentione mutuâ, velut veato, collæ concitabuntur.

Tutius contemnuntur calumnæ; ci-
us, si non excusentur, conticescunt; te-
cente echo quoque conticescet. Con-
rtatione uiutuâ ad plures transit noti-
s, sicut agitata in luculentum incen-
um evadit flamma, quæ intacta, vix
tra focum expectabilis, subsidisset.

Si vindicare cogitas, hœsti palmam
frigis; quia vulnus, quod intentabat,
accepisse gemitu doces; Major est
uminiis, qui has curare non didicit.
tu, sed vita tua eas retundat.

31. JULII.

*c*optatum, nec jucundum magis quid
iam accidere potest, quam pro Chri-
st, proximique salute mori. S. Ign.ap.
ad. in Glor. S. Ignat.

Uam diu vivis, agis inter mille ca-
lamitates, parum, imò & bonum
hoc foret, sed inter salutis versa-
ris

ris pericula, quæ non prius effugies
quam hinc beatam morte discedas. Non
erit securitas extia sepulchrum.

Cum moriendum sit, præstat in aci-
pugnantem pro Deo, & proximo cade-
re. Ignava mors ætate confici, febricul-
decoqui, tolli casu. Pro Christo vita
dare, mors est omni vita dulcior.

Inter summa Dei beneficia numeran-
dum, posse pro ipso mori; teneriori
hoc ejus in nos amoris foret indicium
ad eō proinde non formidandum, et
summis iure votis sit expetendum.

Si vitam pro te Christus posuit, ma-
gnum sit tuam pro illo ponere? Quis
pro quo? quid Deus? quid vita sit
ignorat, qui rem ad eō vilem, tot per-
culis obnoxiam, tanto, ac tali Domin
reddere non optat. Quid te retinet?

AUGUSTI.

*In bonis vestris, sanctisque exercitijs
omni temere, ac pigritia tanquam
hoste omni capitali abhorete. S. Ign.*
in epist. de perf.

Gravissimus hostis, qui non op-
pauert; sed meritum; vitam pei-
non corporis; sed operis; optimā q̄i
que corrumpit; & quod pessimum, ad-

citè nocet, ut mala sua vix sentiantur,
citiùs ad animæ ruinam, quām noti-
m perveniat.

Hostis est acedia gravissimo pejor.
Peccatum vel ipso nominē horrorem
eat. Amatur acedia, quo sit, ut ci-
s illud, quām hanc sequatur emenda-
tio. Plures ē cōno peccatorum, quām
teporis veteris ad insignem san-
tatis gradum surrexerunt.

Fervor, & affectus pretiūn ponunt
eribus. Sancta sunt, si sancte trahen-
t̄ eadem, si levi manu, si oscitante
de agantur, mala sunt; & hisdem
bus præmium poteramus, factis pœ-
nemereimur.

Quantūm addis ad diligentiam, tan-
ti Deo plates. Væ tepidis! ut aqua
frigida satis, neque calidabile n, sic
is ignavum displicentiā cœlo movet.

2. AUGUSTI.

*i vel nobilitate generis, aut doctrinæ,
geniivè commendatione excellunt, ii,
& ceteris in sui alnegatione exerci-
ti esse debent, alias gravius nocituri,
ām ignobiles, & inerudit. S. Ignat.
ud Bart. l. 4.*

Magna ingenia magna minantur pericula, nisi virtutis imperi dirigantur. Gladius magis acutus uenerat, & in plures defævit.

A grandibus ingeniiis nihil mediocri expectandum, vel virtuti adicta sunt ei integro, vel insigniter insolescunt. Ne ab ulla res publica plus accepit, detrimenti, quam ab insignibus ingeniiis male disciplinatis.

Nec in generis, nec ingenii nobilitate quidquam est gloriae, si virtute destituta se ad ignobilium sortem abjiciant. Plus utraque ad contumeliam, quam commendationem momenti affert.

Ubi grande ingenium, nulla saepi ibi prudentia; quæ si desit, ut corpus oculorum currus aurigæ destitutus, quod nisi ad præcipitum properat. Medicina ingenii, ut plus habet iudicij, plus spondet utilitatis.

3. AUGUSTI.

Ut bonum, quod fit omittatur, saepi demon invitat ad majus; quod tanq; deinde novis difficultatibus objecl impedit, ne fiant. S. Ign. de diser. sp

Præsentia, spe futorum, dæmum impedit; hæc ubi præsentia fuerit

erum impediturus; ut sic omnia dif-
rindo, nihil fiat cœlo, nihil Deo, di-
uum. Dilatatione lucri, ut nemo dicitur,
nemō factus est sanctior.

Qui tibi hodie boni operis præmium
omisit, crastinum non est pollicitus;
lat vita, & inopinato avolat. Quis
ic propositorum fructus? hodierna
glexisti, crastina emanserunt, nudis
manibus hæres in vado.

Quoniodo cras grandia faciet, quem
nimæ hodie tædet difficultatis? Qui
cum Milone hodie bajulare potest
ulum, cras bovem minus bajulabit.
nimorum nempe exercitio spes le-
ida est ad majora.

Major pars hominis expectando mori-
ir, differunt sanctè vivere, donec eò
uiant, ubi etiam cùm vellent, non
silius possint, dum medios eorum
iatus mors occupat, tanto difficilior,
ntò imparior.

4. AUGUSTI.

*subditos tractet Superior, ut sine ge-
tibus vivant alacres, & Deo serenâ-
ente serviant. S. Ign. ap. Nolar.*

Sfuescunt flagris, qui continuo
verberantur, & quem habuerunt
sen-

sensum, verberis assiduitate perdunt
nec alium continua hæc saevitia facit
fructum, quam ut & pœna spernatur
& puniens.

Metui occulatissens animus peior si
pudoreque se inexcusabile audacior
nefas abit, nec bonis deinde, nec ma-
facile revocabilis ad imperium.

Intempestiva reprehensio idem fit
cit, quod violenta medicina; plus non
cet saepe; quam morbus; pejus malo et
medium, quod vitam celerius eripit
quam ægritudo, quam tempus, & me-
lior manus emendasset.

Correctionis legem à Deo Superi-
discat. Quoties ille dissimulat? qua-
ratos è multis punit? & nullum, n-
infra demeritum. Ubi essemus? singu-
si Nemesis errata vocaret ad censura-

5. AUGUSTI.

*Ita vetus homo mortificandus est in vi-
tutis tyrocinio, ne nouus moriatur.*

Ignat. apud Bart.

Quae citè crescunt, citè pereunt.
Juvenum hoc vitium est, ut
passu totam yelle perfectio-
yiam emetiri: nempe rerum omni-
magister usus eos destituit, Deo tare-

nisi damno suo moderationem dif-

Primus fervor, si inconsultus sit,
virtuti officit, quam proicit. Si equi-
num quadrigae juncti toto, quo va-
impetu, currere sinantur, evertent
is, quam in termino, quem opta-
currum insistant.

potensa nimis durare non possunt.
tores, mūdum in maligno positum ev-
terent, si cūm Archimede pedem e-
tra mundum scirent figere. Sic ov-

ton se, pascerent, illas, non lac, & la-
am appeterent.

Si animas Deus repeatat de manibus
Iurionum, heu! quam durum his judi-
cium fiet: quælibet plûs appendit, quam
iesaurus totius mundi; quælibet pre-
um est sanguinis Christi.

28. SEPTEMBRIS.

ape usuvenit aliorum operas nostri
gratiâ impediri, cum nostras aliis præ-
pare deberemus. S. Ignat. ibid.

Nemo solus vult esse malus, si in
vitia contagionem habent, affi-
unt aliis venenum, quasi verò levare-
r malo, qui alium impedit fieri bo-
rum. Suæ quemque puderet malitia,
si socios haberet.

Diabolicæ hoc invidiæ magisterium
, illam, quâ carent, aliis virtutem in-
dere. Duplex malum! bona, quæ agi-
r te possent, omittere, & quæ aliis
lent, impedire; hoc est aliena infeli-
ate fieri velle felicem.
Innocentiora sunt illâ vitia, quæ ali-
um commodi speciem præferunt;
id prorsus exitiale, quod nec sibi vult
bene, nec alteri, neutri bonum,
que pessimum.

Bona impedire semper est malum
in eo pessimum, cuius munus foret b
ona docere. Si hostis opes tollat, dat
num videtur tolerabilius; at si eas d
ebitor imminuat, duplex vulnus est; cr
imenæ unum, animi alterum.

29. SEPTEMBRIS.

*Unius casus cæteris est terrori, & mi
torum fervori in via virtutis temporis
aspergit. S. Ign. Epist. ad Hisp.*

VÆ! homini illi, per quem scandi
lum venit, tot mortes subire
gnus, quot ii sunt, quibus prava ex
plo spiritum minuit. Majorum peccati
sunt plurium in minoribus irritamen.

Potior mali, quam boni exempli
est; illud naturam habet adjutrice
Rarus Hercules contra hos duos. P
unâ horâ malleus destruere potest
quam centum horis instaurare.

Virorum perfectionis studio addic
sum exempla, si prava sint, magis i
cent; talia non solum docent malum
sed & erubescitiam adimunt; p
candique fiduciam creant: bene sec
agi credunt, dum eos sequuntur,
dati sunt in normam gregis.

Si aquarum fontes, unde potant u
ve

rsi, veneno corrumpantur, quanta in
pulo strages! animarum timenda per-
ies; ubi corruptis moribus patru-
ent illi, qui peccata prohibere debu-
it.

30. SEPTEMBRIS.

*ntio ego in corde musicam, sed sine vo-
e; audio harmoniam, sed sine sono; tam
scundam tamen sentio, ut nihil ei in
undo comparari possit. S. Ignat. apud
art. I. 4. f. 27.*

Nimus tuus arbiter est felicitatis
tuæ, imò conditor: tantam ha-
s, quantam vis. Frustra incusamus
tunam; malè infamamus naturam,
asi nevercæ forent: utraque inno-
is est. Omnis felicitas in te solo est.
Miseria ac tristitia nostræ inertiae in-
atum est; quid enim facilius? quid
gls sine apparatu? quam nihil ap-
ere creatum; quo facto placida,
eta, jucundissima sunt omnia.

Facile parabile calamitatis omnis re-
dium est, non quærendum peregre,
nobis est. Prout res accipimus, ita
afficiunt; nullum telum profundius
nerat, quam ipse admittas.

Vera voluptas pariter in nobis na-
scitur,

scitur, & pro mensura cognitionis a
lescit, pro majori major. Nihil extr
quærat, nihil desidera; illud cura,
Deus cor tuum impleat, reliqua i
damno facies omnia.

I. OCTOBRIS.

*Si rara vobis, & inventu difficultis
cretio videbitur, per obedientiam,
quam configiendum ejus defectum
securitatem suplete. S. Ignat. Epist.
Hispan.*

UT dioptrà jaculator, ità tu suj
rioris judicio utere, nisi à sco
velis aberrare. Intricata perfectionis
mita est; nisi Ariadna filo te ducat ol
dientia, periculum certius, quam e
tum reperies.

In eminenti, angustiore calle, q
uis est, qui ad cœlum dicit, ad dextr
præcipia patent, & ad sinistrā. Felic
quos obedientia manudicit! hæc su
non extra casum tantum, sed & ex
periculum ponit.

Qui sanctissimi esse volunt, grav
simè frequenter errant; scilicet in edi
pronius est vertiginem pati. Huc, &
suo, non superioris ductu graditur,
ima relabetur. Terreant vestigia!

Quid prodest sulcare maria, sèque
is dare in ludibrium? portum non
iges, nisi ad stellæ polaris aspectum
in direxeris. Discretio tua ignis fa-
est seducit.

2. OCTOBRIS.

*n multa onera supra vires accumu-
tur, calcaria quidem, nullum au-
frænum indomito equo, intratabi-
ue aptatur. S. Ignat. ibid.*

TON fervor, sed temeritas est,
suis majora viribus audere; ex-
andi prius humeri, quid ferre pos-
quam oneri subjiciendi; fatiscent
pondere, si plus velint, quam ferre
int.

No conatu præservido totius vitæ
sui vigor subtrahitur. Egregia, si
placet, Sanctitas! audere semet, ut
vitæ vel nihil, vel modicum possis.
derata durant. Fac parum, ut mul-
& diu possis.

Ieus, cui placere nescimus, totus
s est, ac ratio; stulta, & inconsulta
otio ei placere non potest. Quan-
à medio, tantum à me ito recedit,
rimium fert mustum, dolium
pit, intemperans fervor corpus de-
t.

Hic

Hic immoderati fervoris fructus est
ut, qui nimirum ausus est, fractis nimi-
tate viribus, possit nihil. Nimirum i-
tensae cordae rumpuntur; sanitas nost-
nihil habet de ferro, facile succumb-

S. OCTOBRIS.

*Multum solā laboris pro animabus /
scipiendi intentione præstatis. S. Ignatius
ibid.*

IN grandibus, & egregiis etiam de-
leria, magna si sint, magni faciend
maxime dum tanti operis executio ne-
ce volentis arbitrio pendet. Quam fel-
ces! qui volendo meritis ditamur.

Plús intentione nostrâ Deus, quâ
opere, conatu plús, quam execution
voluntate potius, quam re ipsâ del-
etatur, ad illius, non hujus mensura
præmium constituit.

Si animas cœlo aggregandi occasi-
te deficiat, in promptu est desideriur
quo te nec tempus, nec occasio ulli
destituet. Hac arte etiam pusilli evad-
re in Apostolos possunt.

Si avari volendo aurum lucrari po-
sent, quas non brevi tempore diviti
congregarent? Pudeat nos in thesau-

(93)

nis congregandis segnioris esse!
mum Deus ponderat.

4. OCTOBRIS.

*ad percipienda, tum ad communia
dona Sancti Spiritus multis par-
us, litteris bona vita antecedit. S.
nat. ibid.*

Umiles nimium, abjectæque lit-
teræ sunt, & infirma elementa,
ruetum spiritualem non assurgunt,
a omnia, & inanima, nisi vitam, vi-
temque à spiritu nascantur. Ad lu-
n temporale faciunt, infæcunda ad
num.

Ieu! quantum erramus, doctos in-
imus, ubi pios invenire præstitisset;
rarus animarum fructus, quia ni-
n doctrinæ tribuimus. Nemo apud
pondus invenit, nisi quem insignis
mendat litteratura.

ubtiles sunt, ingenio, & talentis
alent, eloquentes, versati in om-
s, versutiquè: ad animas tamē con-
endas inefficaces, & nulli sunt.

Spiritus est, qui omni gladio ancipi-
hementiū animas penetrat; pietas
quæ omni fulmine potentiū ob-
ob-

obstacula omnia diruit, quod vult pe-
rat, & quod vult, impetrat.

5. OCTOBRIS.

*Ratio juvandi proximi (qua longe,
latè patet) sandis desideriis, precib
que continetur. S. Ign. ibid.*

Quod manus non possunt, pert
gunt desideria; haec nullo obi
nullis terrarum spatiis, vel te
poris aëugiā, prohiberi se sinunt à
stinatiō. Quod per lustra spatiū pec
non conficerent, desideria momēt
emetiuntur.

Si barbaras adire terras indipeta
queas, non est, quod admodum que
ris; breviori viā, & arctiori compen
iter age desideriis, & multa brevi,
difficili labore merita collegisti.

Ne tamen desideria vacua sint, p
dus iis preces addent; ut quam tua
meretur inertia, pluribus Deus grati
addat animas opere lucrandi. Sic
non tam illius sudori, quam tuæ pie
cedent in acceptis.

Pigra tamen desideria steriliora su
quam ut ex iis lauream aliquando
tas; aliud est velleitas, aliud vclan
simplicem complacentiam illa, hæc
ficas

n habet conatum. Ad hanc deside-
a revoca.

6. OCTOBRIS.

¶ mundum accendite universum. S.
it. apud Card. Ludov.

minor, quām in igne, sit Apostoli
calor, sufficiens non est, qui gelida
alium corda juvet. Ut decoquatur
i; ut ferrea corda in vias rectas di-
fus, igne opus est, mitioribus me-
i veteratum non cedit malum.

cilē sopitur calor, ubi ignis abest.
Tertia in repurgando mundo ne-
la est; quæ si defit, sordidus mane-
ovis in dies accrescentibus. Et un-
tus calor? nisi domi focus ignem

et ignis, & ardet: paria sunt Apo-
fficiā: duplice nēmpe via corrigen-
t mundus: verbi prædicatione,
eris exhibitione. Claudit zelus,
scrutro dēstituitur.

tus mundus in maligno, malo ig-
nitus etiam num ardet, ut Sodō-
c aliter, quām ignibūs ignis iste
ir, sed majoribus. Ubi abundat
um malitia, ibi tua superabundet
tia.

7. OCTOBRIS.

*Quem tanta, quātā vos serviendi
obligatio devincit, vulgari labore,
famulatu non est contentus. S. Ig-
n. Eſt. ad Hispan.*

QUI in multis nomen contra modico debitum expungere potest, semper futurus in a donec solvat usque ad novissimum quadrantem! Propter magna dona par e pectatur gratitudo.

Quem Dei gratia sublimi constituit in vocatione, grandium ei operum cœssitatem imposuit; obvio aliorum tentus munere, etiam haustum a frigidæ remuneraturus, à te hecatonben præstolatur.

Qui Christi audire vult imitator, cui conatu, & brevi passu grandia vestigia non implebit. Tantæ artis prototypon diligenter in ectypo requipicillum, nisi monstrum imagini substitutum velis.

Loci sanctitas, mediorum frequitia, gratiarum ubertas, piorum, in quos vivis, exempla totidem stimulis sunt, quibus ad grandia exciteris. deat tc fōcordiæ tua!

8. OCTOBRIS.

*itum salus, & innocentia subit di-
nen in mediis procellis, & tempe-
bus iis, quas nunc bonorum, &
n, nunc honoris, & gloriæ, nunc
ptatum avidissimus turbo excitat.
gnat. Epist. ad Hisp.*

*Iséra hominum conditio! ut pis-
ces hamo, ita módico rei ama-
ro attracti præda sicut, dumque
nt voluptatem brevissimam, ca-
ui ipsi, libertate, gaudio, & quiete
amissis.*

*ii gaudet, contentus dicitur; quia
gaudet voluntas, cum habet, quid-
capere valet, aut volet, id est,
uid optare. Omnia præter Deum
i peccant paritate non explet-
im, & tamen fatigant.*

*Reant illa, per quæ periculum fa-
cotent anima, mergantur potius
mergant. Quis tantillo emac tan-
cenitere? sumo ruinam, pernicien-
nemo prudens mercabitur.*

*namvis dilatentur, quamvis inflen-
minutiæ, quas vulgus bonorum
honorat, omnia minus sunt, si
im expendamus sinum, qui solo
intus*

intus contento Deo contentus erit. R
liqua non satietatem faciunt, sed d
crimen.

9. OCTOBRIS.

*Jure sperandum est, quod cum spiritu
libus, temporalia quoque increme-
nata non sine amplificatione provenient.*
Ign. Epist. ad Regem Abyss.

NON ad eò illiberalis est Deus,
quæ etiam inimicis suis sat
piosè tribuit, amicis suis deesse vel
Fæcundissimus ager est ejus dexter
cui dum tua credis, centuplo red
cum fænore.

Qui dat, quæ majora sunt, minores
non negabit. Dona; quæ spiritum, q
æclum respiciunt, vera dona sunt; te
poralia inter quisquillas censentur; q
uam necessaria sunt, à suis desider
Deus non sinit.

Suo Deus obsequio addictos n
at servos, sed charoruni instar filior
fovet, quāni parūm pro inde pia ima
sui partus obliviscitur, tam parūm
Deus eos opè destituet, i quos reee
in sua.

Illius providentia providet om
bus, feras, & volucres opipare nut
ve

it lilia, & rosas, suos etiam in deo usque ad delicias pascit. Pone cunctum temporalium; cura, quae Dei sunt, tua curabit omnipotens.

10. OCTOBRIS.

igit vos Deus, ne vestrum animum manares viles, & labiles irretitum erent, & vestrum cor in varias distractum occuparent. S. Ign. Ep. Hispan.

Uibus te periculis generoso quodam pede subduxisti, ad ea tacitis non est desideriis redeun. Etiamnum infidus, periculorum audium plehus est mundus, ac erat, tuo eum contemptu dignum repu-

rdet adhuc malo igne Sodoma, à pice, & sulphure olet, nec occidenteundum est eō, unde pridem non sūs modō, sed & animo recessisti. diva periculosior est.

Od terrenis altior has comtempse- & amores à perituris ad æternā uleris, opus naturæ non fuit, sed e. Væ! si huic libellum pares repū- ivit, vivetque Deus, cui te, & tua crasti.

Mannā te pascit cœlum, cur alliu
& cepas esuris? certum destructi si
machi indicium est, saniora respuc-
edulia, & appetere noxia. Si ollas c-
nium suspiras, cave ne cum illis co-
putrescas.

II. OCTOBRIS.

*Mundities si modesta sit, & gravis,
compositi, ornatique animi testis est;
nimia, quæ placendi studio plerumq;
sumitur, neglectus habenda. S. Ign
apud Bart.*

OCulis placere hominum, ut co-
mune studium est plurimis,
est inanissimum. Videri appetunt, q
inde utilitas? placere satagunt, quis t
ti laboris fructus?

Otiosæ mentis est comendo corp
tempus dare, quod æternitati suc
conferanduni; curas capillo, in or
nem redigendo applicare, quanta
abjectio! quâ quisque lege jaceat, q
facit ad utilitatem?

Si tanta nobis cura de animæ de
re, ac munditie foret, si tanta divi
quæ humanis oculis placendi cupi
quæm sancti, & quæm citò evaderem

Nimia corporis mundities animæ
di

cit farditiem; vultus enim ad ornati, & vanitatem compositus, ut occurrit laqueus, petra scandali, ruina intentum; ita mundities orcos te possit placere facit, quam homini.

12. OCTOBRIS.

*Si*ncero oculo cælum aspicit, caligine terrenorum melius videt: licet enim eis speciem aliquam fulgoris affundat, lucem illis omnem cœli splendor imit. S. Ignat. ibid.

UX major opprimit minorem; fulgent, non apparent tamen præceps sole minora sidera: sic decor omnis & voluptas, si quæ terrenis est, cœmparata, quasi nulla disparet.

cælum intueri natura nos jussit, ut eret, reliqua extra cælum omnia pedibus digna esse. Quantum erunt qui eis cor affigunt; quo capi potest s, gutta mellis, aut glebula lutis non ebit.

Ræmii aspectus fortis in vulnera athletas; idem in nobis intuitus operetur: æterna illic nos corona estat, sed non inertibus præparata, dono, sed merito venalis.

cælum aspice; ibi patria est, quo tendis;

dis; sed per cælum terrestre non est v
ad æternum. Qui ducunt in bonis die
non habent, quod cœli aspectu reci
entur; nulla illis ibi spes.

13. OCTOBRIS.

*Inter pium, & vanum hominem ea i
differentia: ille abstinet terrenis,
abundat spiritualibus solatiis; iste a
lectatur sensualibus, & cruciatur i
ternis.* S. Ignat. apud. Nol.

Nolo solatum, cui certa succed
desolatio; malo tristitiam, qua
sempiterna excipit lætitia. Lætetur, q
volet, ducat in bonis dies suos. Gaud
hæc sinum non implet.

Si vis, ne tibi mundana solatia
ludant, lude cum illis, & pilæ instar pr
eulæ te rejice; plurimos illa miseros f
cerunt. Sinceriori nunquam te afficie
solatio, quam contempta.

Pius, & impius parem in vultu e
hibere lætitiam possunt, corde simile
fovere non possunt; illius conscient
cœlum est, perpetua ibi quies absq
metu; hujus anima, sicut mare fur
semper in motu, & metu.

Una rosa quot non alit spinas! ha
solatiorum mundi sit imago: cadu

luptas mille post se trahit amatores.
illa sincerior voluptas, quam voluptu-
bus carere posse.

14. OCTOBRIS.

ilus ipse facile alios suspectos habet;
qui vertigine laborat, credit omnia
mmoveri; non horum, sed humorum
suo in capite inquietorum vitio. S.
nat. apud Maff.

N umbris ambulat, quisquis suspicio-
nibus agitatur; videre se credit, cum
go teneat oculos. Pessimi dimenso-
, qui suo omnes pede metiuntur;
sibimet ipsis metiuntur, opinione
ucti.

Quicidem credit, cito decipitur. Quid
rum? quod toties errant, qui suspi-
cionibus aguntur. Nihil est magis pro-
, quam in umbris impingere, cespiti-
, cadere.

usta Dei vindicta est, ut de quo quis
in vitio reum putat, ejus reatum
trahat; talionis haec pena est: nulli
is de aliis sentiunt, quam qui nihil ih-
sis boni comperint.

ne negligunt, de aliorum moribus
osi: quam suis erroribus corrigendis
cadere deberent mentis aciem, per-
ni-

niciosâ planè diligentia in alienam mēsem immittunt.

15. OCTOBRIS.

Divulsum à corpore membrum neq; motum, neque sensum, neque omni vitam à corpore suo accipit. S. Ign apud Orlind. l. 15. n. 196.

TAM diu frugifer est, & in honore palmes, quam diu manet in te, si sterilis rescindatur, ad nihil vali præter quam ad ignem fovendum. Nil laici sine vite vita, nullus vigor, fructus nullus.

Non palmiti, sed viti abscriben fertilitas, botros ille fert, sed ista ginit, & alit. Qui se à communitate separat, separat se à Dei benedictione quæ non privato, sed cœtibus integrum destinata.

Ut membrum in corpore luxatum ac distortum, sibi, & aliis dolor creat; ita exlex in communitate a exemplo, sibi vitia nocet. Quid miru quod de rescindendo chyrurgi content.

Mittere sanguinem, non est prodire; bene perditur noxius, ne reliquum trahat, ex quo corporis vale-

periclitetur. Id nempe curandum
is, quid corpori, quam quid mem-
expedit.

16. OCTOBRIS.

*inter felicitatem humanaam, &
risti crucem interest, quod illa ga-
a fastiditur; hæc quod plus est poterat,
orem sitim accedit. S. Ignat apud
aden.*

Tiam amara condiri possunt, non
modo ut pro sint, sed etiam ut
ut appetantur; quis crederet?
experientia docuisse, Laurentio
videri esse rosas.

*uidquid recipitur, per modum re-
ntis recipitur; apis etiam ex amaro
o. novit mel confidere, ex duris-
igno, alembyci artificio, salutares
intur succi. Quod in his potest ars,
it in nobis gratia.*

*scendo pati, dediscimus miseriam;
do crucem, plus eam, quam suis ul-
luptatibus, delebamur. Sic in suis
inis exultat, & quas alii pœnas
ent, ipsa decoris sui custodes
Sic inter tribulos acanthis modu-*

*magnum est mysterium, gravia
non*

non graviter ferre; si futurum est nolum: male nunc ante tempus affigit præteritum; malo liberati sumus; si ipsi sens: cogita, statim fore præteritum; cogitatione nostra crescit, vel minatur dolor.

17. OCTOBRIS.

Debet nobis corporis excusationes si per esse suspectæ, quippe fugam laoris, fistâ debilitate virium, prætexti. S. Ign. ap. Bart. l. 3. f. 218.

Mala consiliaria est sensualitas, incommoda partialis, si una sufficiat, mille in promptu causas init, queis indulgentiam persuadeat omnia nequeat incommoda, querit prima, querit difficillima declinare.

Sanitas honestissimum nomen, etus planè titulus, sed sub quo molitiae, acedia, sensualitas, sensuum libertatis, passionum indulgentia, remissio, latas, non levia certè vitia, velut sifario, nidulantur.

Nescit corpus, quid sibi prospicit. Presentia sentit, futura non attendit: quantum ex indulgentia damnum incurrit non videt, quia sensu omnia, nihil cursu novit definire. Aliter olim jucabit.

Doloris mensura gloriæ modum det, parvo pœna, immōdico nobilis tur corona. Mālē nūc sīt corpōri, eternū sit lēne. Facile tolératur, tam ubere solatio pēnsatur mā-

18. OCTOBRIS.

gnūm agit amor proprius; oculos ntis persepe fascinat, ut pūtemus possibilia, quæ si lūcem veram aditerent, facile pateret, facilia fuisimō, & necessaria. S. Ign. ap. eund. Alē mēdēbitur archiater, si agri judicium, pejus, si ejus sensum tatur. Doleat, modō prosit, nec fēarcendum, nec igni; gemat, relūræger, modō ad sanitatem conduced vulnera.

Ia hēc carhificina est, sensum præsum yaletudinis amissæ lucro, velut timabili thesauro cōpēnsat. Nulla t magis impia bēnignitas, quam parcere, ut intercat, hōc est, mēi salutis eripere.

randis infirmitas amor proprius, mala rārd sola omnium animi affectionum parens, & antefigianus; cui, scimus, mala foymus innūmera, KK qui-

(108)
quibus liberari non licet, nisi per prii amoris excidium.

Quæ hic singit toleratu impossibili usus tolerabilia, consuetudo facit gratia etiam amabilia esse ostendet. Ipse illo præstat uti consiliariis.

19. OCTOBRIS.

Tanta est divinæ consolationis abunditia, ut ejus dulcedo non animam solaffiat, sed & in corpus redundet.
Ignat. apud Bart.

In virtutis studio non anima solum sed & corpus divinæ obsequitur, luntati: hinc munifica Dei manus solatia partitur in præmium, ut iis anima solum, sed & laboris comparsus afficiatur.

Solatia corporis, quæ mundus oī & sordida sunt, & momentanea, cœlum tribuit, pura sunt, solidissimæ. Hæc illis emere sapientissimum, numque solatii consilium est.

Mille titulis magno illi Domine bemos omnia, quæcumque præstari. Quanta Dei liberalitas, quæ jure posse exigere obsequia, præmio competeatque non ad æternitatem dilato.

Prægustum cœli facit Deus, ut

quæ hic sentimus, inescati, amare & anhelare sempiterna moneamur. M̄ dulcē est tam liberali Domino re!

20. OCTOBRIS.

objectum amoris infinitum est, semper in amando proficere, & perfici libenter.

S. Ign. Epist. 15. April. 1543.
Lii affectus mortales sunt, finem accipiunt, solus immortalis finescit; materia enim illius infinitum sit, tamdiu ignis, hic ardet, indiu ei materia suppeditat alimen-

liberè quidem amamus, quod vobis, non possumus, tamen non amari quid; ab odio cessare possumus, iem ponere morem non possumus: per necesse est velle aliquid. Amor ipse ad infinitum bonum amandi esse creatum ostendit.

Reliqui affectus cum tempore vitant, consenescunt: amor solus ingabilis, nunquam defecturus est, per indefessus natus ad immortale, rando crescit. & dum æternitas aliis am ponit, major invalescit.

isitudine, & ignavia omni amorem

liberavit natura, in continuum usum fecit; negavit omnes ei ferias, nec unquam tam eximio nos opere satiari voleuit. Amando, ac in amore crescende beati erimus.

21. OCTOBRIS.

Voluntarie paupertatis amator statua induet, ut eodem vestiti laceriam sustineat, quo bosphorus & purpuram cepisset. S. Ignat. apud Maff.

Humana cupiditas nunquam satia tur, ejus terminus ubique est & principium ubique: post plura, sumpalia, post alia, omnia; post omnia, sumpaduc erunt avaritiae vota. Nunquar dicit sufficit. Bellua insatiabilis!

Quod natura nobis infudit malum gratia corrigit, dum eo artificio naturae genium erudit, ut fastidire omnia non modo contenta paucis vivere, sed & necessariorum penuriam discat.

Adeo non sine remedio paupertas est, quod alia non concedunt artifici dabit voluntas erudita, id est, voluntate cupiditate. Parum est, quod sufficit, cur ad superflua extendimus cupiditatem?

Quæ te vestis amiciat? quis vertet

alerus tegat? quid interest? illa,
litatem protegat, si hic contra so-
aut pluviam defendat, implevere
im; reliqua superfluunt, non dant,
cipiunt ornementum.

22. OCTOBRIS.

*operam virtuti navatis, simul sa-
proximi consulitis. S. Ignat. Epist.
Ispan.*

Elius locari tempus non poterat,
quam dum suo instrumentum fi-
tatur. Nisi acuat falcem niessis-
ca subiectum seges veniet: adeo in-
tia computandum minimè venit,
à messe feriatur.
spiritus est, qui vitam dat actionibus
iuae internam proximi utilitatem
ciunt, sine illo inefficax cadit ope-
rare ferire, ad cor penetrare vox
poterit, quam eloquentia, non spi-
animaverit.

uod ænea machina ad omnes artis
optimè instructa sine igne, id plu-
naturæ dotibus præditus opera-
get, sine spiritu, id est: omnis ap-
pus, conatus, & labores hærebunt

illus Apostolatus plus habet utili-
tatis,

tatis, quam qui primum in se sui z
vires exerceat; nemo tibi te proximi
quam in aliis excultam vis vitæ se
ctitatem, tibi primum persuade.

23. OCTOBRIS.

*Justo etiam adversa iniunicae sortis tu
proficia fiant, nocendo profund: non y
cus, ac si gemmæ grando vineam i
liis privet, & dicit thesauro melior
S. Ignat. apud Bart.*

Quidquid in nos incommodi veni
non casu, non hominum invidi
aut odio, sed Dei nos amari
ordinatione, nostro bono accidit. N
ihil in eo partis fortuna, totum Dei
habet.

Maxime profunt, quæ tanquam a
versa gemimus. Morbus corporis an
niam sanat, quod majus bonum? sati
facit pro peccatis, ad Deum compelli
peccare prohibet; possemusne ipsi me
lius quid eligere? Quæ nocent, docen

Indifferentia sunt omnia, qualia vi
talia facis esse. Neminem fallit miseri
si putetur: & hoc ipso, quod ita creda
verissime miser eris, felix futurus ill
co, ac opinionem mutare noveris.

In omnibus, quod delectat, inveni
q[ui]

rebus uti novit; non novit autem,
qui virtutis, non naturæ, impulsu-
itar. Possunt venena, cur adversa
possint medelam facere?

24. OCTOBRIS.

*i Deus! O summum bonum! quomo-
me tam fædum peccatorem toleras?*
Ignat. apud Ribad.

Uidquid fædum hactenus orbis
habuit, tantam non creat mephiti-
tim, quantam alit anima peccato-
Nulla tam à fædum colluvie fæda
atrina, ac conscientia peccato fæcta.

rufstra corpus vestitur byfso, &
urâ, inanis est, quo cæpillos imbuis,
cinnamomi, in cassum facies ce-
pingitur, si fæditas in anima latet,
chrum es ornatum foris, plenum
putredine.

nimæ! imago Dei, naturæ divinæ
ceps, cœli olim hæres, nunc à sce-
fit monstrum, quo nullus magis
ndum Africa péperit, titio infer-
iboli mancipium, horror Angelis,
inatio Deo.

hoc propter quid? ob momenta-
voluptatem, ob fumum honoris.

O mortales! amate innocentis animi pulchritudinem! decor filiae Regis intus, non emite tanti sorde scere.

25. OCTOBRIS.

Perfectionis amans tantum humilitatem abundare debet, quantum lampas o illa redundant interiora, luceant exteriora, & siuancunque vertatur in ipsam se inquinet. S. Ignat. ad S. Mag de Paz.

SInde profunda demissione animi, domi pax, nec boni foris exercitum diffunditur, illam summae tranquillitas, communis omnium aequalis consequitur, mater quietis domesticæ pariter, & externæ.

Quidquid turbarum seu domi foris oritur, ambitio facit inquietum malum, quod nec modum scit, nec minimum. Hanc doma, & stabile tecumque, iacuum omnibus fœdus pepi.

Si repulsam passa sit ambitio trumperit, vel honoribus excidisti, cog quod licet non habcas, quod eu habeas, quod cupere debebas. Nem tibi fecisset altitudo, gradu rainam præparasset.

Quam beati essemus, si sorte

nti contraheremus vobis splures, si
ibes essent, ultro recessum istos, p-
tu ita perfidite sectarisi, hunc rescri-
m ambis.

26. OCTOBRIS. de salvo. q.

is in te Dei gratias vides, cogita,
nas, & aurum esse aurifex Dei
tate, hinc regum magnitudo clementer
cas. S. Ign. apud Gund. misit

Ona Dei quanto plura sunt, iuxta
majora, tantè certiora sunt mag-
lemissionis. Egentior ille, qui plus
et, hoc portat onus, qui plura acce-
Fidei tuæ credita sunt; dona, quæ-
sæ, repetentur. Minus illa libedo
thesauri ciuitos, eas & tu, cui
vere debes, imò pötiores, illi fas
thesaurum à danno servasse im-
xi: tibi insuper incumbit, atque
talantis fructum facias. Vide,
bi cùm Dei donis onera veniant
uncus eleganti licet paludamento
tur, auro insignis, & auro fulgeat;
manet; tam parum unde super-
uam asinus thesauri bajalus, habet.
æ in te seu naturæ, seu gratiae do-
nulatur, tua non sunt; data de sur-
tolli pro arbitrio possunt. Quid
ha-

habes, quod non accepisti? si accesi
quid gloriaris? in alienis cornicula
mis stupe sibi complaeat.

27. OCTOBRIS.

*Præstat violentia manu vitæ extur
quam vanitati vivere.* S. Ignat.
Nolari.

Si anima, quæ peccaverit, ipsa
cœndatur, vita mala mors potius
sepulchro clauditur, aut tumulo i-
turi corpus, cadaver dicendum: est e-
mors viva, est cadaver animatum.

*Qui Deo non vivit, legi rationi
obedit: cui animæ cura in postu
hujus ego vitam morte deteriore-
do; quam sublatus, nec Deum offi-
nec animæ nocet, nec proximum
dalizat.*

*Beneficium Dei est, si morbo
vitam adimat; sic peccandi potest
adimit, minuit infernum, quem at-
rem meruisse. Qui bene agere
potest, nolit, gratia ei fit, dum
agere, cùm vellet, impeditur.*

*Mors ita mala non est, ut timi-
beat, quam scelerati sape, pra-
scientiæ tortura, elegerunt, non*

s exigerent, quas à passiōnibus,
& à dæmonibus pati coegerunt.

AD OCTOBRI.

t ipsa natura judicii assensus ferat
in id, quod sibi veri speciem p̄-
tamen in rebus, in quibus videli-
cognitæ veritatis evidētia vñ illi
infers, potest voluntatis pondere in-
ic potius, quam illam partem incli-
ti. S. Ign. Ep. ad Hisp. 11.

T oculus ægritudine vitiatus ita
clarè videre se credit, ut nullum
ubesse dubium videatur, fallitur
en, tandem plū, quam sibi, sidere
tur, ita & judicium alieno s̄epe sa-
est subiectum.
niquum sane tribunal, ubi Judex
est, & reus; nunquam suo nimium
iendum est judicio; tunc vero mi-
, cūm tua res, aut judicij ipsius ve-
, in quæstionem trahitur.

Item ita perspicax, aut tam defa-
est judicij, qui errare non possit,
vident oculi, quam oculus; nec à
rina, & ingenio sumenda semper
uthoritas, etiam olitor aliquando
opportuna locutus.

Necessaria quidem potentia intelle-
ctus

clus est; ita tamen voluntatis im
subdi debet; ut errori se obnoxij
se conscius voluntatis nutum sequ
fenuat.

29. OCTOBRIS.

*Quod si pax, & tranquillitas animi
ritur, certe hac non fruetur is, qui
bet intra se causam perturbationi
que tumultus. Si ergo ibidem
nil in orbis felicibus, quam*

*trium insonis conscientiae
libertas major; quam nihil timere;
ille solus obtinet, qui se non
timet. Quem reum non agit conscientia
dicem nullum veretur.*

Sicut male sibi conscientia nullum
extrinsecum fomentum, ita bene
conscientia nullum tormentum. Nec
nec foris pax est speranda, ubi be
tot adversi inquieti affectus.

Quod anticipates quotidie agi
inde sit; quod hodie nos delebet;
erat hieri fastidio, placeat hodie,
hieri displicuit. Ut navis acta vent
mens passionibus subdita, semper
motu, semper cum fluctibus luctat

Gaudium iam nobis nascitur; fo
donas, naturae necessitas, extra

tem nostram sunt; inde nec dolendi, gaudendi sumi potest constantia. perturbata quiet ex animi compositione sumenda est.

30. OCTOBRIS.

vina liberalitas de suo abunde superet lucrum, quod videt suā causā connivit. S. Ign. l. 3. n. 7.

Liud est videri divitem, allud esse; non crumenā, sed animo iendae sunt divitiæ; veram opulē non opinio facit, sed conscientia, alienū judicium, sed proprium. Dicit, qui satis habet.

Qui plures filias maritandas numerat, et amplissimos census habeat, paupem se putat; quomodo dives erit, infinitas alit cupiditates, quarum uni non sufficit orbis.

Non est pauper, qui caret, sed qui; nec omnis eget, qui caret, sed qui derat. Si desiderijs fræna laxas, itumcunque opum affluat, pauper si eadē stringas, quidquid defuerat habebis.

Iec abbreviata, nec exhausta est us Domini, non necessaria tantum

Ll ha-

haec tenus suis sufficit, sed usque ad
licias, etiam in deserto, pavit.

31. OCTOBRIS.

*Modò non defit vobis humilitas, non
sit mansuetudo, non deerit utique i
benignitas ad vos adjuvandos. S. I*
Ep. ad Hisp.

Militia nunquam superat m
tiam, bonitate vincenda est,
licet vitium vitio, ut clavus clavo
pugnari posset, præstaret hanc vir
dare gloriam, ut ipsa vincat.

Quod vis non potuit, effecit m
suetudo; nec ulla efficacior ad per
dendum eloquentia: haec mala, &
los superat, expugnat contumaciam
¶ Quod concoctio, & digestio ci
rum ad sanitatem corporis, hoc n
suetudo ad publicam pacem facit: u
que virtute in sui commodum tr
format incommoda.

Duplex est mansuetudinis benefi
minvit damna corporis, & auget al
bona: duplex pariter pacis artifici
nec enim dat offendæ materiam, &
tam non accipit; sed & duplex i
mum: quod Deo grata sit, & he
nibus.

I. NOVEMBRIS.

*i abundantia scientiae, sed sensus,
gustus rerum interior, desiderium
ima explere solet. S. Ignat. in ann.
erc.*

T T opinio non tollit ægritudinem, nec imaginatio famem sedat, ita rerum spiritualium speculatio non efficit, si ei medula, quæ in voluntatis consistit, non adsit. ola contemplatio labor est, sed si- ructa; seminatur multam, & meti- parum; affectui proventus hic tri- ur, non intellectui: cogitare de bo- bonum non facit; agnoscere veri- m, non est implere.

Jullius hominis intellectus dæmonis, novit is apices omnes, scri- arum mysteria omnia intimè co- scit, perspectas habet singulas fidei- tates; manet tamen obstinatus in eo. Vide, quid cognitio proficit ad san- item?

Affectus ad Divina nec in scholis litur, nec è libris hauritur, nullo hu- æ artis magisterio comparatur. is Spiritus Sanctus motor est cor- dium,

dium, sacrorum magister est affectuum
Ille vos docebit omnia.

2. NOVEMBRIS.

*Si regula, & moderatio absit, bonum
malum definit, & virtus in vitium.
Ignat. ibid.*

Nulla res adeò sancta est, quæ in
modico usu abire non possit
abusum. Creaturæ omnes ex Condit
ris mente bonæ sunt; vidit Deus cu
cta, quæ fecerat, & erant valde bor
niosler tamen usus, heu quoties! mal
efficit.

Malus, in agendis, consiliarius
naturæ impetus, pejor inolita confu
tudo, pessimus, qui animæ nostræ hos
est, dæmon; horum suafu, qui agit;
etiam medicinæ vertuntur in venenū
Summa illa mens divina nihil :
céptum habet quod ex impetu, vel c
piditate procedit; consilio vult re
omnia, & meditató singula definiit
Tantum homo recedit à bellua, qua
tum regitur ratione.

Nihil rectè fieri potest sīnd regu
haec actionibus aptanda: quantum
hac, tantum abeunt à rectitudine. Æ
ficia sīnd amissi ruinæ surgunt, n
structuræ.

3. NOVEMBRIS.

quens est dæmoni hoc agere, ut præum meditationi, vel orationi tempore spatiū decursetur. S. Ignat. in n. Exerc.

Uod plurimū timet orcus, illi maximè est infestus; cùm longo usu didicerit omnia in se armariatione acui, nullas non machinas vet, ut eam, si tollere penitus non sit, minuat.

Mutillata Deo non placent holocaustū. Nihil suffurandum est Numini, nec uidab altari surripiendum. Momen temporis sibi debiti in numeratis habet Deus, nullum impunè negligitur. Negotiorum successus à Deo penitentia hoc auspice irriti sunt conatus. Tempus orationi destinatum negotiis tuas, quem sperare potes eventum? us contra se non adjuvabit operantur. Omnia tempus habent.

Plurimū interest, quō tempore or seminet, quo arbores cædat, non alia omnibus propitia; laborare, dum idum foret, est non proficere. Tempi Deus gratias alligavit, neglecte redeunt.

4. NOVEMBRIS.

Tantò majorēm quisque faciat progressum spiritualis vītē, quantò magis a amicis, notisque omnibus, & ab om̄ rērum humanarum sollicitudine se abduxerit. S. Ignat. in ann. Exerc.

NON est potentior nexus, quā sanguinis, alium omnem faciliū quām hunc dissolves; itā ligat, ut a tiūs à terra evolare vix sinat. Si ne prohibet virtutein, certè impedit. non extinguit fervorem, imminuit.

Caro, & sanguis non revelat ea, q̄i unt Jesu Christi; inimici hominis d̄ mestici eius; blandi hostes, quoru consilia se, non Deum spectant; pessi in eligendis, aut agendis consiliarij.

Christus humanae redemptionis op̄ inchoaturus matri tam sanctæ, tam ch̄ræ valedixit; tu in h̄nu matris Proph tam, aut Apostolum vis agere? Nat ræ hoc consilium est, non gratiæ.

Toto corde vult Deus diligi, q̄ si divisum est in alios, divinæ mi responderet exspectationi. Minus en Deum diligit, qui aliquid extra ei diligit.

5. NOVEMBRIS.

et debet haber i ratio, num, qui præ maximus sit, an mediocris, an minus? hæc enim distinctio vim tollit lentiæ. S. Ign. in Testam.

Nūni debet habere oculum obedientia, quo ad Deum semper tenta, cæca esse debet ad alia. Si oculus à Deo ad alia se reflectat, iec obedientia, nec virtus, sed velatio, vel politia est.

egatus, qui ad te Domini mandata t, parvus sit, an magnus? minús est: non enim ille, sed præcepta per significata attendi debent. Cui ino servis?

minis obedienti superior æqualis emo præ altero melior, nemo de- r, optimi omnes, & aquè chari; nulli, nisi Deo, semper, in omni obedij, alios velut tabellarios af- , qui summi mandata Principis ad runt.

ivinæ superior voluntatis interpres llam sequi, vel rejicere præmio, ñam dignum est, reliqua in consi- sionen non veniunt, minús affectu, retio digna sunt rite ponderantis.

6. NOVEMBRIS.

*Quod proprius aliquis Deum accedit
melius ad suscipienda bonitatis dir-
dona disponitur. S. Ign. in an. Exer-*

Lumini propior, plus lucis acci-
& igni vicinior, caloris amp-
participat: ita qui infinitæ sancti-
strictius adhæret, plus haurit sanctitati.
Ut creatura, sic & Creator uniforme
diformiter agit.

Deum nemo accedit, nisi, qui re-
dit à terra; & huic unā, & illi adhæ-
velle, inutilis est conatus. Alteruter
serendus est. Si hujus blandimenta c-
temnis, cœlestia recipies.

Non frustra se nobis Christus de-
nos repetit, hominem induit, ut
nunquam homo affectu exueret; præ-
sit, ut vestigia sequeremur: & hæc
mita est, quæ sola ducit ad virtutem.
Veni, dicit & tibi, sequere me.

Responde magistros auribus prur-
tes, hic verba viçæ æternæ habet
eius doctrinam sequimur, omnem
nunquam hominum, & sanctorum sc-
tiam exhausimus. Accedite ad eum
illuminamini.

7. NOVEMBRIS.

*Christianus unusquisque pius esse debet
in pietate animo sententiam, seu pro-
missionem obscuram alterius in bonam
bere partem, quam damnare. S.
. in Exerc.*

*Pud araneum omnia degenerant
in venenum, quæ apis in mel
pertinset, non rei, sed naturæ mali-
tis vicio; certissimum vitiati sto-
ni est indicium, si ea, quæ sumis, in
& indigestos humores conver-
ir.*

*Un absolvit possit, quem tuum tra-
d tribunali, cur reum pronuncias?
titia hæc, imo tyrannis est: nemo
lemnari jure potest, nisi delictum
clariūs probatum. In dubio reus
absolvendus.*

*Quam benignos tuorum dictorum,
trumve interpretes, quam pios co-
ionum tuarum Judices habere vel-
aleim te aliis exhibeto, ne justo ta-
, aequo severiores nanciscaris. Quà
furâ metiris, recipies.*

*tiam quæ apparent mala, forent
sanda, cùm oculus sœpè fallat, au-
piùs, & omium sœpissimè suspicio.*

Ve-

Venesica hæc est, ex musca elephan
t momentò formare potest.

8. NOVEMBRIS.

*Quotiescumque alienum patet facimū
fectum, nostrum ipsorum vitium c
monstramus. S. Ign. in Exam.*

QUI diuturnis in vulneribus
vunt, & sanie aluntur ver
to quātæ abominationi sunt,
to esse horroī deberent homines,
alienis defecib[us] cominorandis
lectantur; animi enim vulnera d
ctus sunt.

Cœlum, terra, & elementa om
quām uberem loquendi materia[m]
suppeditant, cur displicet ista? nec
libi alieni mores trahunt in censura

Tegendæ potius, quām revela
forent sordes, has tractare nemo pot
quin sordes & ipse contrahat. Fœ
dum movetur camerina. Quid ji
veterem renovare cicatricem, nisi q
novus fratri dolor infligatur.

Nec loquendi tantūm, sed & al
vitia audiendi pruritus in vitio ei
enim non invenirent benevolos a
tores, pauciores forent, qui simili
querentur. Sepi aures tuas spinis.

9. NOVEMBRIS.

*qd si quis improvidè aliquid elegit,
qd non licet retractare, reliquum est,
ubi eum cœpit pœnitere facti, ele-
onis damnum probitate vite, & ope-
m solertiæ compenset. S. Ignat. de
Jul. elect.*

NEU! quoties pœnitet facti; sed
eos, qui cæco rapti impetu con-
m non admiserunt. Sinè delibera-
e moliri magna, est clausis oculis
ræcipitium properare.

i mutare, quod elegisti, non possis,
es corriger. Capiendum est in are-
consilium; facienda ex necessitate
us, & imprudentia præsentí consilio
ganda. Si redire non licet, licebit
is errare.

tiam in rebus sequiūs electis reli-
est aliquis solatio locus, divinæ id
m adscribamus providentiæ, ut ex
reliquos vitare errores condiscam.
Cardo sic, bene tamen emitur pru-
ia.

tiam mala electio, si rite uti scia-
, bona parturiet; in satisfactionem
iūnum, in morum emendationem,
ugmentum meriti, difficilora ser-
viant,

viant, si vitari non possunt. Sic enim patientia leget rosas.

10. NOVEMBRIS.

Modestia sufficiens incitamentum, exhortatio sit ex solo intuitu quem componendi. S. Ign. ap. Rib.

Sicut in solem, ita in hominem tutis studiosum plurimorum convertuntur, latere nequit, quanvis velit, etiam post siparium; ut sub nube observatur. Sic proinde ut non videatur sine utilitate intue-

Muti oratores eloquentibus præs hi ore, manu illi perorant, ideo fac trahunt in sequelam: nemo prope iug agit, quin & lucem accipiat, & calo nemo conversatur cum bono, qui melior.

Christi bonus odor esto; nemot deat, quin a te virtutem discat. Sic giri, nihil est perdere; alter sit di tu non sis pauperior. Nihil tu das, tum ille accipit. Hoc est viso thes fieri opulentum.

Basiliscus etiam visu venena diffu tu visu sparge doctrinam; silentio bositatem, levitatem gravitate, mœtiâ dissolutionem, mansuetudine f rem compesce.

(151)

II. NOVEMBER.

gentem convenit se examinare, an
ffidio, quam erga rem aliquam ba-
et, ex solius Dei amore, & intuitus
proficiscatur. S. Ignat. in regul. elect.

Mne in eo punctum vertitur, ut
recte, & recta, eligas. Error iste
quam solus est; trahit post se innu-
osi; nunc attende fontem, & scatu-
rem errorum; serò deinde voles ob-
ire.

Dificilis res electio est, multa consi-
enda, prævidenda plura, plurima
timenda, in iis potissimum, ubi
electio facta tollit libertatem, ut mutari
occurret, difficultas, nisi morte,
possit.

Ialus electionis arbiter affectus est, si
cum amore proprio vocetur in con-
m, cæcus cæcum ducet, & ambo in
eam cadet, ex qua nec pro libitu sur-
nec facili consilio redire poterunt.
Nihil suâ basi stat firmius; rationes,
ous electio tua nititur, solidæ sint, ac
næ, his tutè insistitur, reliquæ levè
dissipantur. Dei voluntas amissi-
sit, quæ fundementum jacias, &
em ædificii incipias.

(132)

12. NOVEMBRI.

*Proprium est Dei, & Angeli cuiusque
boni veram infundere spiritualem an-
ime letitiam. S. Ignat. in reg. discre-*

IN turbido pescari amat dæmon, tene-
bras is offundit menti, volunta-
torporem, humoribus melancholia
inducit, ut sic afflictum ad quærenda
solatia impellat, quæ Deo displicen-
spiritum extinguent.

Perturbatus animus non est aptus a-
equendum munus suum, nec ullus fi-
cilius errat, quam in tenebris. Cum tu-
stitia mentem obnubilaverit, cave a
quid decernas, expectanda serenitas,
res pleniū discernas.

Quies animi, & malacia mentis, h-
abitantis in anima divinæ gratiæ inde-
& quidam cœli prægustus est; ut vi-
versa perturbatio, inquietudo, signu-
perversi spiritus, & aliquam infi-
maginem notat.

Mancipia diaboli, quod tristitia
habent; nulla siliis Dei tristitia cau-
tio. Dicite justo, quoniam bene. Fons ga-
dij, & mœroris idem est, consciencie
própria, illius bona, mala istius.

13. NOVEMBRIS.

*irupultus per tempus aliquod, dum pre-
sertim recens est, vita melioris insi-
tutio, animam rebus spiritualibus ca-
cantem non parum juvat. S. Ignat.
de scrup.*

Qui nunquam dubitat, nunquam ad
veram rerum cognitionem perve-
nit; sic, qui in rebus animam spe-
ntibus incurius absque sensu hæret,
nunquam sinceram sui notitiam obti-
bit.

Tenera conscientia oculi instar est,
am pulvulus tenuis, aut levissimus
us illum offendit, nec quiescere sinit,
nec eximatur; crassa vero callum ob-
git, nec trabem amplius sentit.

Deploratae valetudinis indicium est,
lo in morbis dolore tangi; cum ægri
imè secum agi credunt, ibi proximi
periculo. Utinam non par si særissi-
lethargo multorum animæ laborent!
Quam sollicitè de temporalibus in-
turratones! quam accuratè lucra
feruntur, & damna! res omnes ad
inam exactissimè revocantur. Sola
is ita vilescit anima, ut nullam me-
ur sollicitudinem.

(134)

14. NOVEMBRE.

*Sicut damnosum est primates coram
pulo allatrare, atque proscindere:
privatim admonere eos, qui, si vel
mederi malo possint, operæ pretium
S. Ignat. ad sentien. cum Eccl.*

In eruditum vulgus sponte suâ in
jus rapitur, & ad Magistratus
præpositi contemptum inclinat: c
tu novam paratæ materiæflammam i
dere, nisi velis incendio publico cau
dare.

Qui in edito sunt, remotius vide
quæ si tibi pariter innotuissent, ra
corum gesta sugillares. Tibi obediei
non judicandi relictæ est gloria; mi
publicè plectendi potestas data.

Publica Magnorum exagitatio n
prodest: non Magistratui, quia j
movenetur indignatione; non populo
avertitur; quem diligere debebat, à
magistratu; non exagitandi, quia passi
suæ præmio contemptum refert.

Omnis potestas est à Domino, l
resistit; qui potestati se oponit. Ab
minibus nos regi Deus voluit, ut fi
nostram exerceret, ut etiam sub n
solem, sub erroribus obnoxii poter
Deum cognoscamus?

15. NOVEMBRIS.

lesiae Catholicæ ita conformes esse
vemus, ut, si quid, quod oculis nostris
paret album, nigrum illud esse desinat
it, debemus itidem, quod nigrum sit,
nuntiare. S. Ignat. ibid.

Captivandus intellectus est in obsec-
tum quium fidei; si enim is mysteria
osceret, non fides esset, sed sciens.
Profundius hoc mare est, quam ut
ut te committas, nisi velis a gur-
non observato sorberi.

etri navicula est, quæ te naufragio
culo eximet, tot ventis, quot pere-
s opinionibus tua vela ventis, ad
appellendum est petram, contra
a portæ inferi non prævalebunt.
ipientia, & ratiocinatio humana
fallitur, his qui nititur, noctua
media in luce caligat. Clarius in
matre, quam ad tenuem propriæ
itionis faculam fidei arcania viden-

des est donum, ac lumen Dei, non
æ, non scientiæ, non hominum
lumen, qui non sequitur, ab igne
ad errores inducitur.

16. NOVEMBRIS.

*Quanto exactius superiores res om
internas, & externas suorum nover
tantd majori cum diligentia, amore
sollicitudine juvare eos poterunt.
Ignat. in Exam.*

Profundum est eorū hominis, &
scrutabile, nulla illud bolide s
exploraveris, semper occultum, do
ipsum se panderit: ea seram arte c
structam habet, ut nulli pareat, nisi
sum velit.

Ad labores, ad cruciatus, ad mort
ipsam cogi, etiam invitus, homo pot
at arcana cordis prodat, nulla eum
machinæ nullæ adigent, nisi volente
Sine interna hominis notitia tam
rum proderit impensus bona institut
re labor, quam parum feliciter morb
curabit medicus, quem ignorat.

Externa signa fallunt, vel quia hyp
cisi corrumpuntur, & velut vestis
mica ad tempus assumuntur, vel q
idem plurium etiam contrariarum at
ctionum potest esse prognosticum.
fumus & ignem, & aquam notat.

(137)
17. NOVENBRIS.

*Iptanda est sermonis gratia ad agendum
in cam proximis necessaria. S. Ignatius.
I. C. 2.*

Tad amoeniorem solis intuitum
J'ultro se aperiunt flores, & velut
da pandunt, quae ob tristem atræ
tis vultum concluserant; ita facile
et aliorum corda, qui vocis, & vul-
amœnitate se facit amabilem.

Nimicus est humano generi, qui hu-
nitatem extuit; hac captivantur om-
nes, hæc universalis est ad hominum
nos clavis, & magnes, qui omnes in
primum affectum, deinde etiam se-
lam trahit.

Ilūs uno alloquio affabilis efficiet,
mentes repetitis aliis objurgati-
bus. Cynicus, ut nulli parcit, quem
mordeat, sic exesus fit omnibus,
munis odii scopus.

Magnum naturæ donum affabilitas,
nisi ea parciōr cui negavit, is arte
etur obtinere. Sapientis arte facta na-
m superarunt. Affabilitas studiosa
o naturali prævalet, quanto ars præ
ra certior est magistra.

18. NOVEMBRIS.

*Ad unionem ex utraque parte juva
omnis rerum temporalium contempt
in quibus sui amor gravissimus bu
unionis; ac boni universalis hostis
rare solet. S. Ignat. p. 8. c. 1.*

O Minia hactenus in orbe bella acc
flavit meum, & tuum, contum
verbum, nec nisi lite, aut bello di
